



Est. 77
Tab. 14
N.º 23

4

Da Botica do
Cap. Mts. P. de
Sagrado simbol

V

16

Yadwigha



THEOPHRASTI ERESII

De

HISTORIA PLANTARVM
LIBRI DECEM.
Græcè & Latine.

In quibus

Textum Græcum variis Lectionibus,
emendationibus, hiulcorum supple-
mentis: Latinam GAZÆ versionem nova
interpretatione ad margines: totum Opus
absolutissimis cum Notis, tum Commen-
tariis: item rariorum Plantarum iconibus
illustravit

IOANNES BODÆVS à STAPEL,
Medicus Amstelodamensis.

Accesserunt

IVLII CÆSARIS SCALIGERI,
in eosdem Libros Animadversiones:

ET

ROBERTI CONSTANTINI

Annotationes,

cum
INDICE locupletissimo.



AMSTELODAMI
Apud Henricum Laurentium.

Anno 1644.

UNIVERSIDADE DE COIMBRA
JARDIM BOTANICO

5.1A-4



THEOPHILUS

Nobilissimis, Amplissimis, Prudentissimis
D O M I N I S
A M S T E L O D A M E N S I S,
REIP. CONSULIBUS.

Dn. CORNELIO GRAEF, Domino in Polsbroeck.
Dn. GERBRANDO PANCRATIO.
Dn. JOANNI CORNELIO GEELVINCK.
Dn. ALBERTO CONRADO BURGIO J.V.D.

EGBERTUS BODEAUS Med. Doct. S. P. D.

Nobilissimi, Amplissimi, Prudentissimique Viri,

Importunus fortè & temerarius
habebor, quod Vos, tam arduis Reip. in-
volutos curis, interpellam. Quandoqui-
dem gnarus satis mihi sum, temporis hoc,
quod Vobis, unus, nunc subtraho, omni-
bus auferri, cuius certè velocitas non pa-
titur supervacua differentem audire. Cæ-
terum reputanti mecum, jam tandem post octennium, ab-
solutos a typographo, filii mei, plurium annorum labores,
tanta drepentè animum occupavit lætitia, ut eam, cuius
vix capax videbar, non alterius, quam Vestrum in sinum
deponendam judicaverim, Vosque Tutores, imo Patres
advocare laborum gnati mei constituerim. Illorum secu-
tus exemplum, quibus decretum est ingenii monumenta
posteritati transmittere.

Excusabitis hanc nostram audaciam, dando aliquid operi,
aliquid ex mœrore jam eluctati parentis animo, aliquid de-
functo, heu, quondam filio meo : Vobis ut nato, ita hoc in
opere adhuc superstiti. Vivens, ut debuit, Vobis vivere vo-
luit, nec ante obitum alios quærcbat, nec volebat laborum
suorum Patronos. Executorem me ultimæ reliquit volun-
tatis, eoque satisfaciendo defuncti Manibus, id exequor.
Dolens summopere ab ipso fieri haud potuisse, Vobis servi-
tio, mihi solatio.

At postquam non ita visum, rerum divinarum, humana-
rumque Arbitro, hoc meum restare judicavi, nullum ut de-
functi Manes, aut ejus fama, aut officium nostrum, detri-
mentum patiantur. Quod vix alio melius potuit fieri mo-
do, quam ut vestris Auspiciis, filii mei in Theophrasti libros
de historia Plantarum, Notæ & Commentarii in publicum
prodirent, quo splendorē à Vestris mutuarentur luminibus.

Res ipsa est quidem minima, & Vobis fortè indigna ; Ast
etiam olim rebus minimis rus incolentes, offendit Deorum
placasse, notum satis. Argumentum tamen operis minimē
indecens Vobis, non quidem Reipublicæ, sed singulorum,
qui partes ejus sunt, salutē spectans, de herbarum Stirpium,
ac Plantarum Historia ac natura agitur, quarum si negligat
Medicus scientiam, quo pacto, quid ægrotanti optimum,
quibus utendum, quodve vitandum foret, sciret ? Präclarè
olim, his penè verbis (de alia tamen re loquens) Seneca Phi-

loſophus, Illa herba quæ in ſegetem, frugemque ventura, aliam habet vim tenera, & vix eminens fulco: aliam cum convalluit, & molli quidem culmo, ſed qui ferat onus ſuum, conſiftit: aliam cum flavescit, & aream ſpectat; in quamcunque conſtitutionem venit diuersam induit naturam. Quæ nunc certè contemplamur facillimè, poſtquam Veſtra opera, huc, non dico ex Brittania, Gallia, aut Hilpania; ſed è Græcia, Syria, Arabia, Persia, Agypto, Barbaria, imo ultimis tam Orien- tis, quam Occidentis populis, India & America, diuerſi ge- neris herbæ quotidie advehuntur: magno quidem ſum- ptu; at majore cum gloria Veſtræ Urbis, imo Orbis uni- verſi ſalute.

Et hæc quidem exemplo Romanorum Principum, haud minus ſibi gratulantium ob raras, peregrinis ex oris adve- ctaſ plantas, quam ob catenatam diuerſorum Regum, ante currus triumphales, ſeriem, Et certè ſi quid aliud, earum co- gnitionem, tanquam pertinenteſ ad hominiſ conservatio- nem, (nam unicuique corporiſ ſui charitas & conservatio- insita eſt) ipeſi Principes quaſivere. Legimus Regem om- nium, quotquot fuere, ſapientiſſimum Salamonem de stir- pibus ſcripſiſſe. Teſtantur Jubæ Mauritaniæ, Attali Perga- menorum, Methridatiſ Ponti, Euaciſ Arabiæ regum de ea- dem re Commentarii: ut mittam Agamemnona, Maſinaſ- ſam, Archilaum, Herculem, alioſque plurimos, viros Majeſ- ſtate inſignes, reique herbariæ peritiſſimos. Argumento ſunt Helenium, Telephium, Clymenum, Arthemelia, Lysi- machium, Gentiana, aliæque plantæ plurimæ, omnes gau- dentes, & quaſi gloriæ ducentes à Principibus aut inven- tas, aut nomen ſortitas. Ipſe Atheniensis Alcebiades glo- riæ duxit Echium, & Anchufam à ſe reperta.

Quæ ſimul omnia, imo ſingula, adhortamento fuere ad quærendoſ non alioſ, quam vos Nobilissimi, Ampliſſime Viri, Commentariorum filii mei, in libros Theophrasti de historia plantarum Patronos atque Tu- tores, ut veſtro Patrocinio ac Præſidio, adverſum vel ipeſam maledicentiam, tuti forent. Tollite igitur benevolo animo hunc poſthumum, & expositum fæ- tum, paternoque affectu adverſus quoſvis defendite. Hæc votorum ſuit filii mei, hec meorum nunc ſumma eſt, quam ſi adipiſcar, ad fœlicitatis culmen me pertigiffe judicabo.

Unum addo, Deus Optimus Maximus Nobilissimi, Am- pliſſimi, Prudentiſſimi que Viri, diu Vos Reip. univerſæ bono, diu Veſtræ urbis proſperitati, diu nobis & noſtrorum omnium ſecuritati ſalvoſ & incolumes ſervet. Amſtelod. M. DC.XLIII. IV. Kalend. Februari.

J Q A N-

JOANNI BODÆO à STAPEL,

è mortuo

Dum emendaret, libros Theophrasti.



E blattâ, ac tineis pereas, Theophraste Bodæus

Heu periit, fidam dum tibi ferret opem.

Mortuus ille tibi est, quo vivat uterque perennis,

Cognita dum fuerint, costus, arundo, crocus.

NICOLAUS TULPIUS.

SIDERÆ AMSTELODAMENSIA

In Obitum

IOHANNIS BODÆI

Medici & Botanici Eximii,

SUMMO REI HERBARIÆ BONO NATI
E JUS DEMQUE INCOMPARABILI
DAMNO DENATI HYEME

ANNO CLO. I^o. C. XXXVI.



Vob nulos Naturæ parens hoc tempore flores,

Herbasque nullas proferat,

Asscribunt Hyemi: nos doctæ asscribimus Umbræ.

Secum hæc Bodæus abstulit.

Is, qui torpenti Theophrastum excire veterno,

+ In Hermathenæ gloriam,

Posset, ob It: (an ab It?) flores sparsurus Olympo,

Et redditurus nubilis

Sidera corporibus, ne diu sine honore manerent.

Excessit, inquam, ut redderet

Perpetuas Violas, immortalesque Hyacinthos,

Inter Chreas astricas.

Cum Berenicei Coma verticis, addita cælo,

Virrentis expers tæniæ;

**

Illaque

† Id est in hono-
rem & gloriam
Amstelodamen-
sium, qui Hermen-
sive Mercurium
colunt, & Palla-
dem ob institutum
recens illustre
gymnasium.

*Illaque Gnosiacæ marceret fama Coronæ,
Redintegranda floribus :
Cum Padus, aut Nilus, liquidis qui interjacet astris,
Moveret orbatum caput,
At solita incingi silva sua tempora vellet,
Arundinesque pristinus :
T. I. L. EN-
CONASI. Et mala Hesperidum despectans putria + Nixus,
Desideraret altera :
Quæque adiit Superos, terris Astræa relidis,
Offensa pravis moribus,
Ambiret, veteri spico fraudata, recenteis
Illustriores lampadas.
Continuò miserans perituris astitit Astris
Cum Stirpium choragio.
Crede (licet) moriens quot vexit in æthera PLANTAS,
Te tot videre SIDER A.*

PETRUS SCRIVERIUS
MOESTUS.

P.

In

In Theophrasti Herbarum Historiam, à Do-
ctissimo Clarissimoque viro D. JOHANNE BODAEO
à STAPEL Medicinæ Doctore, magna cu-
ra recensitam, & luculentis Notis
illustratam.

ADspice Græcorum tabulas, & prisca renasci
Secula, naturæ parturientis opes.
Cecropidū patuere scholæ, patuere recessus,
Dogmataque ingenii tot, THEOPHRASTE, tui.
Hic herbas fruticesque suos vetus explicat Hellas.
Pagina pulvillum quælibet ista facit.
Quicquid in hoc felix genuit Natura theatro,
Singula stant spatiis conspicienda suis.
Jugera sunt chartæ, viridaria tota libelli,
Area quæ mundi est laxior, arcta patet.
Mira loquar, durant isti sine Solibus horti,
Non opus hic Zephyris, Aole blande, tuis.
Non arbusta rigant pluviae, confundimus anni
Tempora, quod carpas bruma vel ipsa dabit.
Nullum gleba facit, nullum discrimin arena.
Prostat in hoc nostro Græcia tota solo.
Distincti coëunt grandi discrimine fructus,
Germinaque adversis dissociata plagis.
Una Arabum Cilicumque graves hic fascia messe
Colligit, una gerit gramina mille manus.
Una domus, capit unus ager, quæ dividit orbis,
Et mundi exiguo venditur ære labor.
Hoc, sapiens THEOPHRASTE, tuum est. BODAEUS honores
Addidit, & voces terfius ire facit.

Et longa mersum secli caligine verum
Eruit, & vultu dat meliore legi.
Marcebant veteres herbæ, decesserat illis
Et vigor & formæ gratia prisca suæ.
Nunc melius fragrant, tanto sub vindice, plantæ.
Pulchrius, incultæ quæ jacuere, virent.
Balsama, thus, alios aloë diffundit odores,
Tollit inoffensum palma superba capit.
Quam prius ignavi zizania presserat ævi,
Invenit hic laudes laurus amica suas.
Cauliculi, radix, calices, fibræque, striæque,
Omnia conspectu splendidiore placent.
In Medicum Natura redit, cedrumque perennem
Consecrat his ipsis officiosa Notis.
Ut quem non potuere herbæ servare labantem,
Post obitum possint semina salva loqui.

C. BARLAEUS.

Hoc, quoniam THEOPHRASTE, numeris BODVENS posuit
Et numeris certe scilicet in luci.

AD

THEOPHRASTUM.

Clarissimi, doctissimique Viri,

D. JOANNIS BODAEI à STAPEL, Medici Amstelredamensis, opera & Studio integritati pristinæ restitutum, & luculentissimis commentariis illustratum.

Llustres Natura viros, & prisca tulere
Sæcula, queis dignum gratissima Musa labore,
Et meritis nunquam uomen laudemque negavit.
Adspersit scriptis tamen invidiosa vetustas
Innumerous nævos, semperque abolere lituris
Tempus edax verum conatum est, & velut igne,
Adversum rapidus quem sufflat Corus, adussit.
Utraque sensisti dudum, THEOPHRASTE; nec ulli
Altius in corpus serpserunt ulcera, dextram
Dum tibi quisque suam negat, aut succurrere nemo
Audet in arte potens etiam, formidine fæde
Tabificæque luis, membrisque squalentibus auram,
Fam moribundus humi procumbens, lambere cunctis
Visus es, & fatis propere cessurus inquis.
Atque tibi, nobisque fuit spes nulla superstes,
Cum precibus tandem Musarum vicitus Apollo,
STAPELIO mentemque, animumque infudit, & herbis
Monstratis ipsus docuit salutaribus omne
Extergere malum, sanaque inducere carne
Cava, cicatricum vestigia linquere nusquam.
Viribus interea robur, vegetusque deorum
Nectarare, & ambrosia per fusus spiritus, atque
Pristina forma, valetudo reddit, & decor olli.
Gratia Phœbe tibi, tibi fama Bodæe resurgat
Postuma, teque canant, laudandaque facta novenæ
Pieriæ, nomenque, librique ferantur in aures,
Adspectumque virum; quorum te, credo, potessis
Insinuare animis facile: sic vivere nunquam
Dum cessas, & doctorum volitare per ora,
Te cælo magnum Musæ superisque beabunt.

JOA. ANTONIDES vander
LINDEN, Med. & Anatomie in
illustri Frisiorum Academia, Franekerana Professor ordinaris.

ΙΩΑΝΝΗΣ ΒΟΔΑΙΟΣ ΣΤΑΠΕΛΙΟΣ,

ΑΝΑΓΡΑΜΜΑ.

Εἰς ἡλιθόν αἴπας δίθον βοτανῶν.

Nυκτερινὸν τὸ σκότον πολλὰς ἐκάλυψε, καὶ δέχασε,
Ιατρῶν βοτανὰς καὶ βοτανῶν δυνάμεις.

Πείρεσσον δὲ αὐτὰς πολλοὶ φωτίζειν, αἷλα
Πᾶν ἀντῶν ὥθεν γίκηδύναντο νέφον.

Ταῖς βοταναῖς ζηγδῆ τύτων ἐλαμψε μὴν ἡδεῖς.
Ἄλλ' ἔπω, μέχρι τοῦ, οὐ μετελὺν τὸ φάρον.

ΣΤΑΠΕΛΙΟΣ Φάρον ημερινὸν βοταναῖς αναπέλλει

Ἡλιθόν εἰς βοτανῶν οὐ μάλα δίθον αἴπας.

Ἡλιακὸν δὲ Φάρον βοταναῖς διδόντι διδύστι
Αὐτὸν φάρον ηλιακὸν ΣΤΑΠΕΛΙΩΝ βοταναῖς.

Σ. N.

SAMUEL NERANUS THEOLOGUS.

Epigramma in Theophrastum, latinè reddi-
tum, & illustratum, à D^{no}. D^{re}. Johanne Stapelio
Medico Amstelredamense.



Valiter Alpinos inter neglecta recessus
Profluit absconsæ vena perennis aquæ;
Agricolis vix nota, vagis quandoque capillis,
Aut errabundis obvia pota feris,
Quam labor artificum Latios mox dicit in hortos,
Cultaque secundo fonte vireta rigat;
Sic latuere oculos Theophrasti scripta Latinos
Obsita, vel miris dilacerata modis,
Quæ nunc in dias procedunt luminis oras
Augusta, artifici compta polita manu;
En iterum Euphrastus, Theophrasti nomen adeptus
Divino Latios fundit ab ore sonos.
Inque struem eximias Stapelius undique gazas
Accumulans, Gazæ destruit omne decus.

Robertus vander Houve,

MEDICUS AMSTEL.

In

JOANNIS BODÆI à STAPEL
THEOPHRASTVM.



Rontis mutatâ specie, versoque colore,

Vix Theophrastus erat, qui Theophrastus erat.

Nunc decus Historico, & rediit sua forma reculto;

Tersus & est iterum vultus, ut antè fuit.

Os, quo Mercurius velit esse vel ipse disertus,

Denticulis iterum cendet eburneolis.

Purpuraque est iterum roseis attincta labellis,

Queis vel Xantippe basia ferre velit.

Bodæo grates hinc esse fatemur habendas,

Munus id acceptum cui Medicina refert:

Ante vir Heinsiades Phœbo libamine mulso

Fecerat: Hippocrati sal dabit illud opus.

C.G. Plempius.

EPIGRAMMA

ad

HORTUM STAPELI.

S Persa procul variis Plantarum germina terris

Post Paradisiaci fata viroris erant.

Colligis hæc Bodæe sagax, per Bactra, per Indos,

Hesperiam, Æthiopum, Ponti, Asiaque locos.

Colligis, atque uno conclusa volumine pandis

Amfractu toto, quæ vagus orbis habet.

Hic vel reliquias Paradisi agnosco latentis,

Vel mihi nunc alter hic Paradisus erit.

J. Geerdinx.

Cl.

C. Viro

E G A B E R I T O B O D A O

Medico pratico seniori,

cum celeberrimi viri

J O A N N I S S T A P E L I

Medicinæ, reique herbariæ peritissimi, filii
sui, octavo ab ejus obitu anno ederet

THEOPHRASTUM.



Actenus ille tuus planè periisse videtur;

Monstrat at in scriptis se superesse suis.

Nominibus certis vivit, doctusque Stapellus

Vel nunquam demptus, vel redivivus adest.

Suada Theophrasti jam redditur enthe a nobis

Ingenio gnati, saepe petita, tui.

Urnae pauca damus. Batavus nam conditur illâ,

Cui iugræcus palmæ præmia Gaza ferat.

Quæ Gaza haud valuit, Stapelus mysteria pandit:

Sic ipso Græco major abit Batavus.

Sic certè tandem ducens post fata triumphum,

Splendet Apollinei Solque, decusque fori.

Terre a terra tenet. Divinæ possidet auræ

Particulam Cælum. Nomena mundus habet.

J. Snippendalius

Amstelodamensis.

J O-

JOANNIS ARNOLDI CORVINI JC.
P R Æ F A T I O

In Notas, & Commentarium V. CL. JOANNIS

BODAEI à STAPEL, M.D. in THEO-

PHRASTUM.



Edendi ars non dubium quin sit
præstantissima. Commendant eam, cum
nobilitas ; tum finis necessitas.
Est corpus humanum. Finis ejus-
dem sive conservanda, sive restituenda
sanitas. Summum sanè, & in hac morta-
li vitâ omnibus aliis anteferendum bo-
num. Humanum corpus dico speciatim.

Quod cæteræ creaturæ hominum caußâ, & quidem infe-
riore conditione conditæ, hominum ex divinâ ordinatione
subjacent dominationi. Et est quidem ea ratio, cur muta
animalia, licet sensitivâ facultate cum homine convenien-
tia, & exinde eisdem affectionibus, morbis, & symptomati-
cis obnoxia, sub hujus nobilissimæ artis ~~convenientia~~ non com-
prehendamus. Recta sanè. Evidem & ipsa eadem ordina-
tione hominum sanitati per se inserviunt, sive ad alimenta
iis utantur, eam tuendo, sive ad pharmaca, eam restituendo.
Eorundem bono speciatim sive inventa, sive à summo
Numine donata, sive omni ævo culta est hæc ars necessa-
ria. Est corpus humanum & Physices subjectum. sed nec
adæquatum ; (ut loquuntur) verum quatenus sub corpore
naturali continetur : nec eadem qua sub scientiam medi-
cam venit consideratione. Physicus corpora naturalia, &
inter ea corpus humanum, *κατὰ τὴν φύσιν* ipsam, hoc est, quæ
naturale considerat ; quæ sanabile medicus. Phrasin docen-
tium sequimur. Medicina, cum sit *τῆς ὑγίειας τηρητική*, *τῶν δὲ νοσῶν*
απαλλαγτική; adde *τῶν ἐλειπόντων περίθεσις*, *τῶν δὲ ψυχεραιλόντων αἴφαίρεσις*; tum
istius scopi, tum medii ratione, non solum ea quæ secun-
dum naturam, sed & quæ præter eam sunt ; imò & adversa
spectat ac inimica ; sanitatem, corporis statum *ἰδέντερον*. (ta-
lem enim (salva Philosophorum pace) statuimus ; victum,
morbos, remedia. Quippe finem, & ea quæ sunt ad finem,
omnia accuratè pensitat. Sanitas ex actionum integritate
cognoscitur ; ex earundem manifesta læsione morbus.
Neuter status est inter istam integritatem, & læsionem ; sive

ex integritate valetudinis ad morbum sit declinatio; sive ex morbo ad eam regressus. Inde fit, ut hujus excellentissimæ artis tres existant partes, η Φυσιολογική, παθολογική, καὶ Θεραπευτική, Φυσιολογικὴ ipsum artis subiectum, corpus humanum, ejusdem fabricam & constitutionem, naturam, elementa, humores, spiritus, partes, singularumque facultates tractat. Nempe in rebus merè naturalibus versatur. Inde omnium partium in hac scientiâ prima, Sanè in omni scientiâ, nec minus in hac, τὴν παθολογίαν est, subiectum in quo versari cognoscere. την̄ res non naturales dirigens, sanitatem tuetur, & ne corpus morbo infirmetur, cavit religiosè; sive cibi potusque moderatâ adhibitione; sive, juxta somnum & vigilias, mandata corporis exercitatione; sive ex variis ejusdem partibus excrementorum eductione. παθολογικὴ ea quæ præter naturam sunt, non minus quam η θεραπευτικὴ meditatur. Sed illa modò, ut ea cognoscat; hæc cum ut ne morbū pariant provideat, tum ab iis corpus liberet. Evidem η θεραπευτικὴ, juxta τὴν ὑγειανήν, finem artis proximè attingit. Hæc morbos averruncando, & corpus, ne ab iis occupetur, præservando; illa præterea, postquam illud invadere, pellendo, & sanitatem laborantem restituendo. παθολογικὴ, morbos, eorum caussas, signa, differentias, symptomata, per se quidem considerat; sed & integræ valetudinis, non minus quam curationis indicationes ex accidenti spectat. Ad τὴν σημειωτικὴν alias distinctius referunt. Omnino vero η Θεραπευτικὴ competitum τὴν διαιτητικὴν, Φαρμακευτικὴν, καὶ χειρουργικὴν. Διαιτητικὴ, dico. Evidem & per ipsam diætam non minus morbi repelluntur, postquam corpus invadere; quam corpus ne occupent, contra eos munitur. Sed vero etiam usu rerum discimus, levissimum in victus ratione erratum, imprimis in morbis acutis commissum, ægris saepè numero maximū dare incommodum; ne dicam interdum mortem accelerare. Partibus istis omnibus η ανατομικὴ inservit, καὶ βοτανικὴ; illa juxta φυσιολογικὴν τὴν χειρουργικὴν; hæc non minus τὴν διαιτητικὴν, quam θεραπευτικὴν. Anatonicam dico. Nempe cum humani corporis omnes sive exteriores, sive interiores partes, venas, arterias, nervos, musculos, eorum fibras accuratissimè examinat Anatomicus, singulorumque situs spectat; mirum quantum ista contemplatio ad curatam interiorum morborum, vulnerum exteriorum, & in utrisque cum cauſarum, tum symptomatum conferat investigationem. Sed eam non spectamus. Botanicam, nunc quidem, cogitamus. Hæc τὴν διαιτητικὴν καὶ φαρμακευτικὴν ancillatur. Illi quatenus in alimentorum, huic, quatenus non modò in medicamentorum, sed & venenorum dicit

ducit cognitionem. Sanè alimentorum, & medicamentorum diversa est ratio. Illa à corpore, tanquam similia, patiuntur, & coctione in ejus naturam convertuntur: hæc agunt in corpus, illudque alterant. Non tamen ^{τῇ φαρμακευτῇ} remota est omnis alimentorum consideratio. Nec enim defunt quæ, pro alimentis sumta, & ipsa alterent; lactuca, acetosa, aliaque. Ad illam verò omnino, & solum quidem, & venena spectant & medicamenta. Utraque humano corpori adversa; Illa tamen magis. Scilicet medicamenta alterant quidem corpus; sed alteratione adeò non corrumpunt, ut restituant; venena necant. Nec enim in medicamentis nimia esse debet, aut vires dissolvens, sed temperata adversitas. Talis puta, quæ, conservatis, imò roboratis viribus, pellat quod naturæ est inimicum. Nulla hic est alia venenorum cognition, quam ut per medicamenta eorum frangatur virulentia. Sed & ipsa ita possunt castigari, ut serviant pro medicamentis. Et vicissim ea potest esse horum intemperantia, ut nimis laxè, nec ad pondus, aut mensuram, sive composita, sive data, & ipsa, corporis vires debilitando, ægris mortem accelerent. Alieno planè à Medicinâ scopo. Prudentia in istis omnibus est à Botanicâ. Etenim hæc in herbarum, plantarum, stirpium, fruticum, suffruticum, arborum, radicum, foliorum, florum, & omnium, hominum caussa nascentium frugum ducens cognitionem, nā Medicum artis suæ certum facit. Evidem sine eā, sive diætam præscribere velit, sive pharmacum, ne quicquam potest. Ab eā sola omnium, non solum quæ ad alimenta, sed & ad medicamenta terra profert utilium herbarum & stirpium figuram, formam, facultates (quod maximum) perdiscit. De alimentis forte minor est cura, aut eorundem saltem magis vulgaris cognition. Medicamenta sunt vel simplicia, vel composita. Sed non est nisi ex simplicibus compositio; nec compositorum certa judicatio, nisi ex accuratâ simplicium notione. Omnino verò ad securitatem utrorumque cognitione Medico quam maximè est necessaria. Etenim si in simplicibus hominum indoctorum, saepe muliercularum, ex collectis herbis victum quarentium, aut ^{τῶν φωτιστῶν}, radicum liquores, succos, fructus herbarum, flores, germina, undequaque quarentium, coëmentium, & variè circumferentium fidem modò sequatur; suæ artis planè erit incertissimus. Etenim an isti simplicium collectores, sive collectrices, herbarum genuinam habeant cognitionem; an hi ^{φωτιστοί}, quamvis earum gnari, in suis compositionibus & præparatio-

rationibus mala fide, aut sinistris artibus non utantur ignarus fieri non potest, quin & cum maximo famæ suæ periculo artem suam exerceat, & cum ægrorum summa iniuriâ. Sanè, sine solida simplicium cognitione, nec quæ sit compositi facultas, nec quo medicamentorum sit ordine, mollissimo, medio, an vehementissimo potest judicare. Propriâ tamen scientia ac fide niti debet. Fecere id antiquissimi Medici, qui nulla Pharmacopœorum usi opera, vel suis ipsi, vel discipulorum manibus parata medicamenta, ac composita ægris propinarunt. Ad eam rem comparata sibi medicamentorum tanta cognitione, quantam, matura pensatione, artis suæ exercitium requirere judicarunt. Et est quidem hoc studium *της γειας οὐνα* penè divinum. Ita veteres judicarunt; qui stirpium, herbarumque cognitionem ad ipsos Deos retulerunt, vel istarum inventores divinis honoribus dignos censuerunt; imò ipsis herbis quarum Deos inventores opinati sunt, mutuata ab ipsis nomina indiderunt. Nec minus Reges & Principes stirpibus à se inventis propria nomina tribuendo, & ipso curam rei herbariæ posteritati commendatam voluere. Scilicet alia facti istius ratio cogitari non potest. Exempla non recitamus; abundè ad faciunt in artis suæ commentatione Botanici. Anatomicā non neglexit Stapelius noster; coluit eam religiose; at magis eam à qua eum laudamus artem, sive propriæ, sive hereditariæ naturæ inclinatione. Sanè non patrem modò, Urbis hujus Medicum & Practicum è primis, virum nobis amicissimum D. EGBERTUM BODAЕUM, sed & alios habuit majores hujus artis peritissimos. Ipse omnes, sive Græcos, sive Latinos, sive Arabes hac in arte excellentissimos pervolvit diligenter. Testantur id doctissimi ipsius in Theophrastum & Dioscoridem Commentarii; in quibus cum cæterorum Græcorum, Oribasii, Aëtii, Auctuarii, Symonis Sethi; inter Latinos Plinii & Apuleii; tum & Arabum, ac inter eos eminentis Serapionis sæpiissimè meminit. Commentarios in in Dioscoridem, morte præventus, nobis dare non potuit; datus omnino, siquidem vitam optimus Dens prorogasset. Alterum in Theophrastum nunc damus; sed modò in libros de plantarum historia; quod quæ in libros de Caussis *o manae ius* est meditatus ultimam Authoris manum desiderant. Quam omnino adhibuit doctissimo quod publicamus operi. Audax sanè factum quod in inventute non veritus est illustrare excellentissimum in re herbaria scriptorem; & quidem sive ex librariorum incuria aut ignorantia, sive aliunde

unde corruptissimum. Evidem non ipsas modò res, hoc est ea quæ herbarum spectant historiam, sed & verborum apices accuratè examinat. Ausui successum felicem auguramur. Nec minus ipsum ausum ex Theophrasti singulari authoritate æstimamus. Fuit sanè Theophrastus vir singularis, cum ab eruditione, tum ab incredibili dicendi suavitate commendatissimus. Ab hac, cum eum sui ante Tyrtaum nominaverint, isto Theophrasti nomine Præceptor Aristoteles insignivit. Evidem divino potius quam humano ore eum loqui arbitrabatur. Reliquit ingenii sui monumenta complura, in omni quidem studiorū genere, Rhetorica, Logica, Physicā, Ethica, Politicā, Mathematica, Medica, aliaque; omnia à Diogene Laertio in ejus vita recensita; at pleraque damno publico per temporis injuriam deperdita. In Medica, pro suæ professionis ratione, studia sua convertit Stapelius noster, & in utrumque quidem, ut diximus, de re herbaria Theophrasti opus. Si, ut proposuerat, in libros de caussis plantarum Commentarios publici juris facere non potuit, damus id Dei Optimi Maximi de propositis humanis dispositioni. Evidem isti & nos omnes sumus obnoxii. Sed verò & præmatura Cl. Stapelii mors hanc ipsam ferè impediisset editionem. Adfuit quidem hunc, quem edimus, commentarium quo ad rerum traditionem extrema ejus manus, non ita tamen, prælo subjici ut posset, recognitum, erat autographum. Ad accuratam, maximè ornatam editionem. Vocum, literarum varietas, interpunctionum, cæterarumque quæ rem literariam spectant omnino habenda ratio. Quam ob rem & ista restabat cura. Et vivo quidem ad huc autore. Commendavimus ad eam rem operam nostram virò amicissimo. Etrogatii quidem. Nec illubenter; sed ex promisso solum, donec istis minutis Typographicis, & maximè quidem errorum ab operis in typorum collectione committendorum observationi, & annotationi assuesceret. Est sanè ista cura infra virum cordatum. De rebus is magis quam de verbis, syllabis, aut literis est sollicitus. Laborem nostrum auxit, superveniens viri Clarissimi mors; per eam in nos omni rei Typographicæ derivata cura. Sed fuit & ista sola nostra. Sit farta & tecta laus sua authori. Quod ab eo præstitum ipsa docet *awyia*. Textum, an Commentarum inspexeris, non falleris. Græcum textum, post Lugduno-Batavorum editionem, infinitis locis emendavit, malè emendata aut suppleta restituit, varias tectiones addidit. Gazæ interpretationem,

similiter recensita Lugduno Batava interpretatione, paſſim
modestè castigavit; Omnia additis in utroque margine an-
notationibus. Meditabatur versionem novam; sed hi labo-
res publico an placerent prius tentare voluit. Evidem stu-
diorum ſe edere ſciebat primitias. Varias lectiones, & ex iis
delectum in margine textus Græci notatum, in altero Latinæ
interpretationis ſimiliter notatas castigationes in Notis &
Commentariis abundè probat. Ut magis ornaret hanc
editionem, præmisit ſuis virorum prætantissimorum, Julii
Cæſaris Scaligeri, & Roberti Constantini in eisdem libros
doctissimas Annotationes. Omnino evidem curæ ha-
buit, ne quid cum ad textus Græci, tum ad Latinæ interpre-
tationis integritatem defideraretur. Vero ipsarum margin-
alium annotationum ſcupo. In Commentario non mo-
dò quæ utrumque ſpectant textum, ex Hesychio, Julio Pol-
luge, Suida, aliisque Lexicographis, ſed & ex Plinio, & do-
ctissimi Nobilissimi Salmasii in eum meditationibus, aliis-
que Authoribus variè confirmat. Nec minus Plinium ipsum
in plurimis castigat. Eo audentius, quod fidei apud præ-
tantissimos Botanicos sit dubiæ. Ipsarum herbarum, stir-
pium, plantarum, arborum, cæterorumque ad Botanicam
pertinentium, historiam accurate examinat. Quatenus, ad
rerum ipsarum quidem, & ~~et~~ ſpectant cognitionem.
Nec tamen ſubſtit. Multarum Theophrasto & veteribus
ſive cognitarum, ſive etiam incognitarum herbarum, plan-
tarum, stirpium icones addidit, non ſine solidis ad singulas
Annotationibus. Evidem Philologicis, Medicis, & nomi-
natim Botanicis observationibus, & iis quidem non ē vul-
go, hoc laudandum opus abundat. Nullas recensemus, nul-
las oſtentui damus. Vino vendibili non opus eſt ſuspensā
hederā. Index quem operi Pater Bodaeus adjunxit, & ip-
ſe imprimis Commentarius, illud abundè commendat.
Sed verò per ſe id commendat cū ubertas commentarys,
tum nobilissimæ in textum mendosum, & exinde Gazæ ſi-
milem interpretationem observations. Fuit quidem Gaza
Græcus, inde Græcae linguae peritissimus; non mirum
tamen in textu Græco corrupto interpretando nonnun-
quam hallucinatum. At textus ipſius vitio, non ignorantia
interpretis. Theophrastus ſanè in historiā, & cauſis plan-
tarum explicandis exquisitissima uſus eſt methodo. Adex-
emplum Praeceptoris, (Aristotelem designo) qui ipſum om-
nibus ſuis prætulit dſcipulis. Aristoteles historiam ani-
malium, generationem, & partes diſtinctè tractavit: Theo-
phrastus

phrastus sub historiâ plantarum non modò earundem genera-
tiones , sed & partes complexus, caussas singulatim expli-
cat. Esset quidem in facili exquisitam ad umbrare me-
thodum , & totius tractationis ^{πελετην} Lectori ob oculos po-
nere ; sed iste necessarius an sit , utilis an esset labor, hæreo.
Non fore inutilem definio. Sed est res ista majore digna
commentatione. Mirum verò quantum conferret ad ip-
farum herbarum, omniumque Medicinam spectantium cor-
porum , ad eam directam accuratiorem cognitionem. Vi-
ventia ea sunt ; si non omnia , saltem pleraque ; non nece-
saria forte limitatione. Evidem an alia quam quæ ab ori-
gine viventia sunt , medicinæ inserviant, ut disputent, Me-
dicis relinquimus. Istam comparatam doctrinam minime
spectavit ^{ο μακαρισμός}. Sec nec tam ad Medicum , quam Phi-
losophum pertinet. Medicus ad suum scopum directâ me-
ditatione , herbarum & stirpium naturam per se & singula-
tim meditatur : in merâ contemplatione versatur Philo-
phus. Medicus fuit vir Clarissimus Stapelius, & studio Me-
dico juvando incubuit. Utinam diutius incumbere potuisset
vir indefessi laboris , judicii acerrimi , memoriæ confirma-
tissimæ. Botanicam pro Sparta habebat; quam nactus orna-
re omni ope nitebatur. In quo conatu se publico quin pro-
baverit , nullum est dubium. Cum in Academiâ Lugduno-
Batavâ operam studiis daret , Clarissimi viri D. Ælpii Evc-
rardi Vorstii, Medicinæ Professoris tum primarii , & horti
Medici Præsidis lectiones Botanicas assiduus audiebat ; her-
barum demonstrandarum formas, naturam, vires accurate
& observabat & examinabat. Sed & earum se non ignarum
ostendebat. Cum studiorum sociis cognoscendarum & col-
ligendarum herbarum caussâ sive sub Vorstio præceptore,
sive spontaneo modò exercitio , ipse dux , prata , paludes,
colles circumivit. Tantus Botanicæ scientiæ juvenem,
ejus minime ista ætate rudem , urebat ardor. Qui quanto
in ipso quam in condiscipulis erat major ; tanto magis eos
ipsa scientia antecellebat. Medici titulo, ejusdem Clarissi-
mi viri filio , Doctore Adolpho Vorstio conferente or-
natus, cum patris Doctoris Egberti Bodei urbis nostræ Me-
dici & artis Botanicæ amatoris summi , (quod repetitò dici-
mus) & juxta eum ejusdem urbis publicum hortum summo
studio assidue excoluit. In exoticis herbis, plantis, stirpibus
colligendis, examinandis, probandis operâ nullam perdidit,
Est quidem palma publica ; sed non datur nisi ad eam con-
tendenti. Contendebat ad illam Stapelius noster. Tantum
virum

virum si nobis in flore ætatis eripuit Deus altissimus; dole-
nobiscum Lector, in herba periisse. Sed & istam ei for-
tem ne invide. Humana si spectamus; sānè in iis ei præ-
cisus laborum fructus. Flores sparsit, sed sine germine. Non
tamen omnino. Etenim quæ mors præmatura præcidit, cu-
ræ erit ne omnino excidant. Ex isto casu, hoc quidem tem-
pore, satis nobis esse debet horum laborum fructus. Quem
vovemus uberem. Sed verò cum in libros Theophrasti de
causis plantarum, tum in Dioscoridem satis equidem medi-
tatas observationes ^{Explanatae} ut exspectes, non minus com-
mendamus. Vale.



TO E O



ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ ΠΕΡΙ ΦΥΤΩΝ
ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΤΟΥ Α.

THEOPHRASTI DE HISTORIA
PLANTARVM LIBER PRIMVS,

Theodoro Gaza interprete.

K E Φ. A.

C A P. I.

Quomodo Plantarum Historia tractanda sit.

^o Deside-
rantur in
Basileensi
& Aldino
codice.

† E^vχουσαγ
Ald.

"Deest Al.
Bas.

~~† Desunt in
Ald. & Bas.~~

† Tója Al.
Baf.scribe

τὸ γῆρας, φυ-

*† deest in
Ald. & Bas.*

P

PLANTARUM differentias reliquamque naturam, ex partibus, affectionibus, generationibus, vitaque petere oportet. mores enim & actiones, quemadmodum anima- lium genus, minime plantæ fortunatum. Sunt autem, quæ per generatio- nem, affectionem, vitamque sumi debent, patentiora, cognitique faciliora. Quæ vero per partes noscantur necesse est, varietates utique plures habere videmus. Hoc enim ipsum primo non satis constat; quæ partes quæque non partes debeat appellari; sed nonnullam controversiam recipit. Partes enim, quoniam suæ naturæ ratione consistunt, perpetuo durare videntur. aut simplici absolutaque ratione: aut postquam confectæ fuere. Ut scilicet animalium partes, quæ postea † con- crescent, nisi quid morbo aut senecta aut laſione per- datur. At in plantis nonnulla ita se habent, ut annua duntaxat potiantur natura: ut flos, † muscus, folium, fructus. Denique omnia quæ ante fructus aut una cum fructibus proveniunt. Quin etiam germen ipsum. Quippe cum arbores annuatim † incrementum, tam partibus supernis quam circa radices, semper capeant. Quamobrem si quis partes hæc esse afferat; cum par- tium multitudinem † incertam, tum partem nunquam eandem esse sequetur. Sin autem partes esse negaverit, " continget protinus, ut eaæ partes minime sint, quibus plantæ perfectæ redduntur, talesque esse spectantur. Quippe omnes cū germinant, virent, fructum gerunt, pulchriores atque perfectiores, & sunt & esse videantur. Hæ ferè sunt in his ambiguitates. Sed forsitan non omnia neque in cæteris, neque in ijs, quæ ad generatio- nem pertinent, pari ratione querere decet. † Eaque ipsa singulis annis oriunda minime in partium genere collocanda sunt: ut fructus. Nec enim foetus partes ani- mantium esse possunt. † Sin autem clementia temporis plantæ aspectu pulcherrimæ redduntur, at pulchritudo nullo ipsa indicio est. Nam & animalia dum uterus ge- runt, " pleniora pulchrioraque redduntur: pleraque etiam partes quotannis amittunt: ut cervi cornua; aves nidificantes pennas; quadrupedes pilos. Quapropter haud temerè factitatum dixerim, præsertim cum is " Supple, pro ratio- ne anima- lium. Vide commenta- rium.

A

affectus

τὸν γένεσιν. ἐπεὶ καὶ σὺ τοῖς ζώοις τὸ μὴ συγχέτικόν
ται, τὸ δὲ διπλαθύραται· καθάπερ ἀλλότερα τῆς
φύσεως. οὐκέτι τὸ θερμότητας ηὔτε τὸν βλά-
στησιν ἔχειν. ἡ γάρ τοι γένεσις γένεσεως χάριν ἐστὶ τῆς
τελείας. ὅλως ἡ καθάπερ εἰπούμενη, γένεται πάντας ὄμοιοις
ηὔτε τῶν ζώων ληπτέον. διὸ καὶ ἀεριθμὸς ἀρχετοῦ.

* ζώον Bas. πατέρας γάρ Βλαστικήν, αὐτὸν καὶ πατέρας ζῶν. ὥστε
πάντας μὲν ἐτῶς θεωρητέον, καὶ μόνον εἰς τακτού,
ἀλλὰ καὶ τῶν μελλόντων χάριν. οὐκέτι μὴ οὐδὲ πε-
άφοροις, περιεργον τὸ γλίχεσθαι πάντας ινα μὴ Καὶ
τὸν οἰκεῖαν διπλάσιαν θεωρέαται. ηδὲ ισχεῖται
τῶν φυτῶν ἐστιν, οἷς ἀπλάνες εἰπεῖν, η κατὰ τὸ ἔξω
μορφαὶ τῶν ὄλιων μορφῶν, η κατὰ τὸ ἕντος ὀπερερ
θέτι τῶν ζώων τὸ ἐκ τῶν αὐτοτομῶν. ληπτέον δὲ σὺ
αὐτοῖς, ποιεῖ τὸ πάσιν θεωρητόν, καὶ ποιεῖ ιδία
καθ' εἴκασον γένετο.

* θεωρητός αἴφοροις πατέρας Al. Bas. ἐπιθέτων αὐτῶν, ποιεῖ ὄμοια.
λέγει δὲ ίδιον, Φύλλον, ρίζαν, Φλοίον. καὶ οὐδὲ τοῦτο λανθάνειν,
εἴπι κατ' αὐτογίαν θεωρητόν, ὀπερερ ηγέτην,
ώπερην, τῶν ζώων τὸν αὐτοφοραῖς ποιεύμενον, θη-
λονότι ποιεῖ τὸ ἐμφερέσσαται καὶ τελείωτα. καὶ
ἀπλάνες δέ, οὐκ τῶν σὺν φυτοῖς αἴφοροις ποιεῖται οὐτε
τοῖς ζώοις, τὸν αὖτις πιστεύειν τὸν εἰκότα λόγου
αἴφοροις, δεῖ. ταῦτα μὲν ἐν Διαφορεῖσι τὸν τρόπον
τεττον. Αἱ δὲ τοῦ μερῶν Διαφορεῖσι μεροῦν, οἷς τούτῳ λα-
βεῖν, εἰσὶν σὺν τελοῖν ητο τὸ μὲν ἔχειν, τὸ δὲ μή, καθά-
περ φύλλα Καρπόν. η τοῦ μὴ ὄμοια μὴ δεῖσθαι. η
τεττον, τῷ μή ὄμοιοις. τύτων δὲ η μὲν αὐτομοίστης
ορίζεται χήματι, χειρίστη, πυκνότητι, μακρότητι,
παχύτητι, λειοτητι, καὶ τοῖς ἄλλοις πάθεσιν, εἴπι οὐτε
οὔσαι Διαφοραῖς η κυλᾶν. η δὲ αὐτοῦ της θεωροχοῆς
η ἐλλείψει κατὰ τολμήθοτον μέρεθοτον. οἷς δὲ εἰταῖν
τούτῳ, καὶ καίνα πάντα καθ' θεωροχοῖς η ἐλλείψιν.
τὸ γάρ μᾶλλον η πτον, θεωροχοῖς η ἐλλείψις. καὶ οὐτε
μή ὄμοιοις, τῇ θεωρεῖ Διαφέρει. λέγω οὐτε, οἷον τὸ τούτος
καρπὸς τὸ μὲν ἔπανω, τὸ δὲ θεωροχοῖς τῶν φύλλων
ητο ἔχειν. ητο εἰ τὸ μὲν ἔχει μίχον, Καὶ δὲ μή. καὶ οὐτοί
ητο ἀνθέαν ὄμοιοις. τὸ μὲν γάρ τοι τὸν τὸν καρπὸν,
τὸ δὲ, ἀλλως. ὅλως δέ τοῦτο τὸν θεωρεῖ, οὐ τούτοις, καὶ
τοῖς φύλλοις καὶ σὺν τοῖς βλαστοῖς ληπτέον. Διαφέρει

* Ι. αὐτοῦ τοῦ θεωρητοῦ πατέρας Al. Bas. τεχνικός Theod.
διεγέρειν. ητο εἰ τὸ μὲν ἔχει μίχον, Καὶ δὲ μή. καὶ οὐτοί
ητο ανθέαν ὄμοιοις. τὸ μὲν γάρ τοι τὸν τὸν καρπὸν,
τὸ δὲ, ἀλλως. ὅλως δέ τοῦτο τὸν θεωρεῖ, οὐ τούτοις, καὶ
τοῖς φύλλοις καὶ σὺν τοῖς βλαστοῖς ληπτέον. Διαφέρει

* Ι. αὐτοῦ τοῦ θεωρητοῦ πατέρας Al. Bas. τεχνικός Theod.
διεγέρειν. ητο εἰ τὸ μὲν ἔχει μίχον, Καὶ δὲ μή. καὶ οὐτοί
ητο ανθέαν ὄμοιοις. τὸ μὲν γάρ τοι τὸν τὸν καρπὸν,
τὸ δὲ, ἀλλως. ὅλως δέ τοῦτο τὸν θεωρεῖ, οὐ τούτοις, καὶ
τοῖς φύλλοις καὶ σὺν τοῖς βλαστοῖς ληπτέον. Διαφέρει

* Ι. αὐτοῦ τοῦ θεωρητοῦ πατέρας Al. Bas. τεχνικός Theod.
διεγέρειν. ητο εἰ τὸ μὲν ἔχει μίχον, Καὶ δὲ μή. καὶ οὐτοί
ητο ανθέαν ὄμοιοις. τὸ μὲν γάρ τοι τὸν τὸν καρπὸν,
τὸ δὲ, ἀλλως. ὅλως δέ τοῦτο τὸν θεωρεῖ, οὐ τούτοις, καὶ
τοῖς φύλλοις καὶ σὺν τοῖς βλαστοῖς ληπτέον. Διαφέρει

* Ι. αὐτοῦ τοῦ θεωρητοῦ πατέρας Al. Bas. τεχνικός Theod.
διεγέρειν. ητο εἰ τὸ μὲν ἔχει μίχον, Καὶ δὲ μή. καὶ οὐτοί
ητο ανθέαν ὄμοιοις. τὸ μὲν γάρ τοι τὸν τὸν καρπὸν,
τὸ δὲ, ἀλλως. ὅλως δέ τοῦτο τὸν θεωρεῖ, οὐ τούτοις, καὶ
τοῖς φύλλοις καὶ σὺν τοῖς βλαστοῖς ληπτέον. Διαφέρει

* Ι. αὐτοῦ τοῦ θεωρητοῦ πατέρας Al. Bas. τεχνικός Theod.
διεγέρειν. ητο εἰ τὸ μὲν ἔχει μίχον, Καὶ δὲ μή. καὶ οὐτοί
ητο ανθέαν ὄμοιοις. τὸ μὲν γάρ τοι τὸν τὸν καρπὸν,
τὸ δὲ, ἀλλως. ὅλως δέ τοῦτο τὸν θεωρεῖ, οὐ τούτοις, καὶ
τοῖς φύλλοις καὶ σὺν τοῖς βλαστοῖς ληπτέον. Διαφέρει

* Ι. αὐτοῦ τοῦ θεωρητοῦ πατέρας Al. Bas. τεχνικός Theod.
διεγέρειν. ητο εἰ τὸ μὲν ἔχει μίχον, Καὶ δὲ μή. καὶ οὐτοί
ητο ανθέαν ὄμοιοις. τὸ μὲν γάρ τοι τὸν τὸν καρπὸν,
τὸ δὲ, ἀλλως. ὅλως δέ τοῦτο τὸν θεωρεῖ, οὐ τούτοις, καὶ
τοῖς φύλλοις καὶ σὺν τοῖς βλαστοῖς ληπτέον. Διαφέρει

* Ι. αὐτοῦ τοῦ θεωρητοῦ πατέρας Al. Bas. τεχνικός Theod.
διεγέρειν. ητο εἰ τὸ μὲν ἔχει μίχον, Καὶ δὲ μή. καὶ οὐτοί
ητο ανθέαν ὄμοιοις. τὸ μὲν γάρ τοι τὸν τὸν καρπὸν,
τὸ δὲ, ἀλλως. ὅλως δέ τοῦτο τὸν θεωρεῖ, οὐ τούτοις, καὶ
τοῖς φύλλοις καὶ σὺν τοῖς βλαστοῖς ληπτέον. Διαφέρει

affectus persimilis sit foliorum jacturæ. Pari modo de amissioni.
ijs quæ ad generationem attinent, differendum est.
Quippe cum etiam in animantium genere, quædam
similiter nascantur: quædam tanquam naturæ aliena, non se expur-
cernantur. Germinatio quoque non secus esse videtur gentur.
Etenim generatio ipsa generationis perfectæ gratia propter est.
Ad summam, quemadmodum diximus, non omnia perfectam
similiter atque in animantibus accipi debent. Quam obrem numerus quoque incertus est. Nam vis undique
germinandi habetur: quoniam & undique animatum est.
Itaque haec ita opinari, non tantum rei præsentis,
verum & futuræ gratia convenit. Etenim quæ assumiliari nequeant, assimilare contendere, supervacuum certe
ac recusandum: ne vel propriam ipsam rei speculatiō-
nem amittamus. Plantarum vero historia (ut simpliciter
dixerim) aut per partes externas totamque formam, aut
per internas haberi potest. ut etiam in animalium ge-
nere partes abditæ dissectionibus patent. Sed capere in
his ipsis oportet, quæ in omnibus insunt eadem: quæq;
propria cujusque generit sunt: atque etiam, quæ in his
habent similia. Proprium inquam, folium, radicem,
corticem. Nec illud latere nos decet; quid proportione
intelligi debeat, ut in animalium genere: ad ea scilicet
redigendo, quæ quam simillima perfectissimaque con-
tinentur. Ad summam, omnium quæ in plantarum ge-
nere spectantur similitudo petenda ex his est, quæ in
animalibus insunt; quo ad fieri possit. Igitur haec ita
determinare libeat. Partium verò differentiae (ut bre-
viter rem complectar) tribus ferè in rebus consistunt.
Aut enim in eo, quod quædam habent, quædam non
habent; ut folia & fructus: aut quod non similia neque
paria habent: aut tertio quod non similiter habent. equalia.
Horum dissimilitudo, figura, colore, spissitate, raritate,
asperitate, levitate, reliquis affectionibus enotescit. Ad Craibitie.
haec omnibus differentiis saporum. Disparitas autem Inequa-
in excessu atque defectu est multitudinis magnitudi-
nisve. Quamquam (ut pingui Minerva dicatur) & illa
omnia excessu & defectu distinguntur. Nam plus
minusque non nisi excessus & defectusque sunt. Non
similiter vero, positu constat. Exempli gratia, quod
fructus quædam sub folijs, quædam super folia gerunt;
ipſarumque arborum aliae cacumine ferunt: alię latere,
nonnullae etiam caudice; ut morus Egyptia. Et quæ
fructum pariunt sub terram; ut arachidna, & quod vin-
cum Egyptii vocant: item si quædam pediculum ha-
beant, quædam careant. Hoc idem vel de floribus dici Celsi.
decet. quippe cum alii circa fructum ipsum nascantur;
alii secus. Ad summam, positionis ratio, in his, & folijs,
& germinibus accipi debet. Ordine præterea nonnulla
differre videntur. Quibusdam enim rami inconditi;
ut robori: quibusdam ordinati; ut abieti, qui utrumque
miro ordine invicem respondent. Quibusdam etiam
rami prægrandes ordinati paresque numero, ut trinodi-
bus. Quas ob causas differentias ex his rebus capi opor-
tet, quibus vel tota forma in singulis perspici potest.
respondeat.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.



Θεοδορος, οὗ τοῖς ζώοις τὸ οὐτερον μαστούδηρα.
Theodorus, ut scilicet animalium partes,
quæ postea concrescent. At eae partes non
concrescent: sed animalibus, quæ jam crederem, multæ accre-
scunt, sive agnascuntur: veluti ultimi dentes, & cornua
cervi annua. adverbium tamen, postea, adjuvat.

Theodorus Theophrastus dicit πάντας: atque etiam partem ar-
borum autumat. Theodorus muscum appellat. At muscus, ar-
borum pars non est: sed seorsum ejus origo ex terra arboribus
agrestis, aut agnata ex humore, atque aere circumstante.

Quippe etiam super lapidibus nascitur. Est autem βρύον in
olea id, quod proportionem gerit florū. Pro musco autem
Nicander cum accipit, aliud sanè intelligit, quām quod hic
Theophrastus, ubi fallitur interpres. Neque enim, quæ affert,
ad eum locum faciunt. Ait enim, βρύον herbam esse folio por-
raceo. At hoc genus alga est. Cui tamen in quarto lactuce
folium, nō porri Theophrastus assignat. Idem Nicander alibi
βρύον, pro germinibus ponit. Sanè βρύον pullulare est, unde
etiam vox nostra, fructus. Hic igitur est, quod & infra.
βρύον μία ηπειρος καὶ τὸ κφετοφυλα, sicut & flos. Quarum
igitur significat, Pullulationem, Alga speciem, Muscum,
Analogum florū. Quare putavit sibi licere in duobus Theodo-
ri, quod in quatuor Græcia ausa est. Verum aliud esse
debet.

debet sapientis consilium, aliud fortuita populi consuetudo. Nam ea quoque tenuit id, ut lupulus vulgo, Bryum appellatur. Hac namque voce, & scandendo, alicubi populares nostri Brusculum nominant. Apud Dioscoridem quid sit *þēos*, alibi diximus: & Hermolaus multa congesit. Ita leges apud Aristotelem in miraculis auditissimis, *þēos*, *þēos* *þēos*, non *þēos*.

Ait Theophrastus, de partibus dubitari. Intellige duplicitatem dubitationem. Prior namque ratio de his est, que desinunt partes esse: ut fructus altera earum que postea generantur. Itaque nec post illarum defectum, neque ante harum exortum, arbor ipsa videtur posse dici tota. Adit igitur pro secundaratione. *þēos* *þēos* *þēos* *þēos* *þēos* *þēos*. Theodorus, Annuatim incrementum capessunt. At (incrementum) non afficitur *þēos* *þēos*. Neque enim confimiles partes intelligit: quippe in animalibus esset eadem dubitatio: sed conditissimes. Accipiamus ramos per partes superiores, & stolones, pro iis, quas appellat *þēos* *þēos*.

Totum, *þēos* *þēos* *þēos* *þēos* *þēos*. Theodo. Multitudinem incertam. Verum aliud incertum, aliud indefinitum; neque sane alterum cum altero convertitur. Multitudo earum quoque partium, que extant, incerta est: non enim numerantur. *þēos* *þēos* dicit, nullo interea fine certo terminatum. ita multitudo incerta erit, & finita tamen. Vbi vero alii partibus subcrescentibus prioris numeri ratio perturbabitur, sicut *þēos*: transmissis scilicet finibus, atque etiam sublatis, quibus praescribebatur.

Inquit Theoph. Si non sunt fructus partes: eveniet, eas non esse partes, per quas ipse plantae perficiuntur. Eas sententia in disceptatione posita est. Nam quis fructum negabit esse partem, negabit item fructu plantam perfici. Neque enim fructum esse perfectionem individui, sed speciei: sicut semen in animali, aut factum.

Post hanc dicit, *þēos* *þēos*. Notabis Philosophi modestiam, tum hic, tum alibi. Sic praeceptor ejus se penitentem utitur voce illa, *þēos* *þēos*. Simul castigabis immodestiam eorum, qui divini viri Avicenna pudorem in eadem causa reprehendunt.

þēos *þēos* *þēos* *þēos*. Theodo. Neque singulis annis oriuntur. Malè addit de suo (singulis annis). Quippe etiam alterius orientur quedam, & Romane vocis usum depravavit (orientis) participium quoque (orientis) plus explet sensum. amplius enim tempus amplectitur.

Scriberet: *þēos* *þēos* *þēos* *þēos* *þēos* *þēos*. Mira brevitas. *þēos* *þēos*. Dicit: non esse perfectionem, quantum attinet ad substantiæ, nec tiam, sed ornamentum, & accidens. Theod. translulit: argumen- *þēos* *þēos*, temporis clementia. Melius sic: quod si suo queque tū efficax, tempore pulcherrimæ videantur, *þēos*, enim ad usum, & spe- quod vere *þēos*, ut etiam rem elevaret: quia potius videantur plantæ quād sint. Id quod Theod. minus perpendit: iccirco vertit, aspectu reddantur.

pulcherri- *þēos* *þēos* *þēos* *þēos*. Verba, *þēos*, *þēos*, *þēos*, *þēos*, com- munia Aristotelis, & Theophrasto: sicut contrarium apud & anima- Hippocr. secundo de morbis, *þēos*, & vulgatum *þēos*. Theod. verit, pulchriora, plenioraque redunduntur. Ad verbū, speciosio- & Romane, & breviter. & exacte: habituora, *þēos*, *þēos*, Horra fiant at- meri, interpretantur *þēos*.

que etiam *þēos*. Theod. aut temere factitatum. At multa fiant habiliora, temere qua recta sunt, non *þēos*. Quemadmodum injussu Imperatori pugnare, & vincere. Id quod Manlius fecit filius Dictatoris: & Q. Fabius Rutilianus Magister equitum. Itaque *þēos*, non est temere factum: sed id cui in natura locus est nullus. Absurdum latini dicunt.

þēos. Theodo. Lactura foliorum. Ita jacere dantes in historiis animalium: id est amittere, dicit Philosophus. Utitur enim hoc verbo, *þēos*, quibus in locis abstinuit latino peculiari Theod. ac pro eo utitur illis, amittere, mutare. Recte sane; utinam & hic. Neque enim jacunt plantæ folia; quin ab ipsis vel (*þēos* liceat ita loqui) invitatis abeunt illa. Siquidem negavit supra ullis actionibus preeditas esse plantas.

þēos. Theod. secernantur. Secernuntur ea, que non sunt continua, sed discretæ in quantitate coacervata, aut coherentia; quibus verba conveniunt, discernere, & secertere. At *þēos* significat tollere partem ex quantitate: latinè expurgare. Ad utramque autem pertinet: in qua aliquid superflui tollendum sit. Intelligit hic Theophrastus, umbilicos.

Ait Theophrastus. Generatio est propter perfectam generationem. Hoc sic intelligo ex libris præceptoris: cum quippe dignitur, aut aliquo oritur modo: tamen tunc perfectum non est, tamen est (ut ajunt Philosophi) in via perfectionis. Itaque & si quid deest, accessum: & si quid sufficeret, amissum.

þēos, *þēos* *þēos* *þēos* *þēos* *þēos* *þēos*. Repetit sententiam superiorum Philosophorum: quam cum supra sub dubio poneret, nunc asseverat. Dicebat enim: *þēos* *þēos* *þēos* *þēos* *þēos* *þēos*. Intellectio autem hæc est: non negat, querendum aquæ esse: sed questioni omnia respondere. Verum inter has similes sententias dissimilem posuit diligentiam, ostendit enim utriusque partium aequalem similitudinem, tum necessariarum, tum superfluarum, Scribe, & non *þēos*. Neque enim *þēos*, plantis convenit. quemadmodum in commentariis super plantis Aristot. declaratum est. Ponit autem pleniorum rationem, quare numerus non sit finitus. Quia, inquit, germinandi vis finita non est. Deinde est rationis ratio. Germinatio ab anima est: tum est minor propositio demonstrationis. Anima omnino intus est. Conclusio. Omnino potest germinare, ut & hinc elicias, generativum spiritum, ejusdem esse animæ, que informat: id quod in libris de semine genitali exactius est disputatum. Dico omnino *þēos*, non quod significet omnem plantæ partem, sed temporis progressionem. Nam tametsi planta ubique animata est: tamen non undecunque germinat. Non est igitur *þēos* oīni sui parte.

þēos. Super vacuum. Theodo. recte: at cum addit, ac recusandum: id sane *þēos*.

Hic præceptorem imitatur: qui in historia animalium ita procedit, & à partibus incipiens dividit eas in extiores, & interiores: easque digerit, per genera, per species, & per analogiam.

Kaj *þēos* *þēos* *þēos* *þēos* *þēos* *þēos*. Non solum per analogiam referenda esse ignobiliores plantas ad nobiliores, propter similitudinem & perfectionem, sed etiam ad ea, quæ in animalibus explorata sunt nobis. ubi locus is diligenter est examinandus. Animalia namque & à natura junt posterius, quam plantæ, instituta: & nobis minus nota: Quippe mobilia & vaga subtrahunt se contemplatione nostræ. Quare mirum sane quemadmodum notiora ad minus nota referamus. Verum sic accipendum est: hominum esse sibi notissimum, si partes consideres extimas: eundemque ea de causa positum esse ab Aristot. pro norma ejus cognitio- nis, quæ circa cætera animalia versaretur: præterea multas esse animantes, quæ *þēos* *þēos* *þēos*, eaque circa longe, quam plantæ ipsas, notiores esse nobis.

Ai *þēos* *þēos* *þēos*. Hoc esse debuit caput alterum. hactenus enim cognoscendi modum investigavit. Dividit autem ex præceptoris instituto, *þēos*, *þēos*, *þēos*. Debet enim esse prima divisio: siquidem contradictione est, ad quam contraria cætera referantur. Facit autem differentias tres: est, & non: æqualia, & inæqualia: & tertio loco, similiter, & dissimiliter. Propterea quod similia qualitate possint esse, eademque ex situ dissimilia: ut fucus, qui sub foliis, & quæ suprà. Quamquam loci differentia potius hæc sit: situs autem ratio evidenter hoc exemplo: quia quædam hærent plana, quædam ab latere, plana, ut lilio: ab latere, ut capillis venæris. Quare autem posuit similia, & æqualia: & cum posuit, similiter: non addidit æqualiter? Quia, simile, nota est qualitas: similiter, autem dispositionis. Similia sunt duo folia: exempli gratia, *þēos*, & *þēos*; edere: orbiculata in mucronem, levia, nitida: at dissimiliter sita sunt: illi inflexa, & languida: huic surrecta, & rigida. At enimvero quæ æqualia sunt, ea nisi æqualiter habere queunt. Neque enim quantitatis predicamentum sibi simile generat. Nam tametsi æquale, & æqualiter, sunt in quantitate: à quantitate tamen non sunt, sed à similitudine in relatione. Omiso nunc exactiores disputationes, de æqualiter inæqualsibus, & è contrario. Pertinent enim diversa ratione, ad partes inter se: & ad partes intrase. Sed hæc sunt operæ altioris, & à nostro seculo temere extirpatæ. Putant enim partem suæ sapientie multa nescire: cum tamen hoc ipso, Deus sit. At illi ex aliena temeritatis odio in suis odiorum delapsi sunt.

þēos. Theodo. pars. Magis latine, quam philosophice. Etenim, par, apud sapientes differt ab æquali. Verum recte hic fecerit: at non recte, ubi dixit, *þēos*. Disparitas namque est, *þēos*, inæqualitas, dictum oportuit. Deinde divideret in multitudinem, & magnitudinem, utrique enim competit.

þēos *þēos* *þēos*. Hic quoque acuendus lector est: namque *þēos* ponit rem, & addit; *þēos* ponit rem, & demit; excessus statuit rem, & addit; defectus non semper statuit rem, cui demat, sed aliquando totum tollit. Itaque *þēos*, defectus est. *þēos* differt. habet enim, sed non tantum, vel numeri, vel magnitudinis. Quærenda igitur alia vox latine, qualis diminutio, aut melior.

Tò *þēos* *þēos* *þēos* *þēos*. Theodorus; Non similiter verò posita constant. Nunquam ea verba intellexisse. Candidius sic: Curo similia dissimiliter affectasunt, ea dif-

ferentia evenit propter situm. Articulus enim ille (rō) cogit prudentem interpretem ad ejusmodi loquutionem. Notabis verba hæc existunt, redduntur, constant, à Theodoro adē frequenter poni, ut sine more, modoque sèpè fiat.

Kāj ḫw̄s ēv̄ d̄v̄d̄ps. Theodorus, atque ipsarum arborum. videtur tamen ejusdem fructus arboris, non diversarum inter se comparasse. Tunc sic Theodorus erraverit, quod si sycaminius ex trunco tantum fert. Ipse Theophrastus minus sibi constat, cum dixit numero singulari, ḫw̄s ēv̄d̄ps. Præterea perpendes, cur non potius, ḫw̄s ḫw̄s. Postremo exactiore judicio statuas sic esse loci differentiam, non autem positionis, aut situs. Situs autem exemplum erit: quod fructus quidam insident, ut in scolymis: aliqui pendent, ut cerasa: aliqui hærent, ut papillæ, quas fert quercus.

A *exximia*. Falso putarunt esse eam, quam terrem tremum *zixiphiam* vocat vulgus. Namque in nostrati agro ea sunt cha-*mæzizipha*.

Kaj si τὸ μὴ μιχονέξει, τὸ δὲ μή. Exempla ἐς divisionem eorum quae habent pediculum, ἐς quae non; enumeravit

Theophrastus, εὸ τοῦ ἐποίων "καὶ : Εἰ μάλη. εἰτενικαὶ τούταις, καὶ μὲν Pediculus nanque pars est, quae vero sunt pediculū flaccido, aut surrecto: ea κατὰ τὸ μέσον.

Eνια καὶ τῇ τάξει. Hoc est, τοῖς τὸ ὄμοιός ἔχειν. relatio ex loco.

Tαὶ μὲν ὡς ἔτυχε, τὸν δὲ λαθαῖς. Theodor. legit, roboris, non abie-

tis. Sane etiam alibi Philosophus abietis ramos ordinate dispositos scribit. Et Plinius in XVI. Et piceae, Et abieti ordinatos, robori inconditos attribuit. Sic igitur leges, τὰ μὲν ἀστέρες, τὰ δρυῖς. Τοιούτας οἱ κλῶνες. Namque si sunt, καταδίλλας, non sunt, ἀστέρες. Nota, δοι, Et à Plinio, Et a Theodoro interdum ramum esse, aliquando nodum. etiam Theoph. ipse varie utitur.

Mορφω tam hic, quam alibi, Theodorus formam interpretatur; latine quidem, sed minus ex usu Philosophorum. Figura melius dicitur ἡδονή, vetus verbum. ἀνθεῖσα, novum. ab ipsis tamen philosophis etiam receptam invenias alieno significatu.

JOANNIS BODÆI A STAPEL
NOTÆ ET COMMENTARIVS.

VArro horum librorum genuinum titulum tradit, lib. i. cap. v. de Re Rustica, ubi sic ait: *Evidem innumerabiles mihi videntur, inquit Agrius, cum lego libros Theophrasti complures, qui inscribuntur φυτῶν ιστοῖς, & alteri φυτάναι αἰτῶν.* Hanc inscriptionem veram legitimamque esset, ex innumeris Athenæi locis probari potest: quamquam in aliis codicibus etiam ~~τοις~~ φυτῶν ιστοῖς, & ~~τοις~~ φυτῶν αἰτῶν legatur.

Ex his verbis ne Lectoriias. Verba hæc Doctiss. Gaza omisit, quod in M. SS. codicibus quibus usus est, vel Aldina editione non reperiantur. Reete vir summus addidit. etenim vel mille in locis Philosophus, & maxime hoc libro cap. II. III. IV. & in lib. de causa plantarum formam essentiamque animalibus comparat. Sensus loci hic est : Plantarum differentias reliquamque naturam, ex animalium similitudine petere oportet, sive partes, affectiones, generationes, vitamque consideres.

*B^egov.) Rectius Græcam servasset vocem Inter-
pres; cum Latina, quæ commodè eam exprimat, re-
periatur nulla. Est autem B^egov., id quod in olea, si-
milibusque arboribus, floris proportionem gerit.
Plura de hac voce lib. III. Vide interea cap. IIII.
hujus libri.*

A^{ράκιδη}.) Aracidna quidem, & Aracos (Theophr. loco citato αράχη ὄμοιος) cum habeant radices ramosas, ac multiplices, nec folium, nec herbam ullam, aut quidquam aliud supra terram habent. Hanc Plinii lectionem probo: quamvis in nonnullis codicibus per χ. scriptam hanc vocem nonnulli observarunt. Videtur enim αράχη dicta, δὲ τὸ αράχη, ob similitudinem aliquam, quam cum araco haberet.

Ovidior.) Alii vulgatam probant lectionem: alii etiam legendum scribunt. Horum opinionem Hesychius probare videtur: etiam nō iuxta cōsensum. Qui vulgatam lectionem sequuntur, Hesychij cōdicem mendo sum dicunt. Doctiorum esto judicium. Sufficit lectorem admonuisse. Unum addo; Botanicum summum Plinii notare, quod etiam oētum exposuerit; cum Hesychius ab aliquibus etiam, vel, ut vulgo legitur, etiam etiam, vocari allerat. Vide cap. xi. hujus libri.

*(τον γραπτην.) Locus hic in alijs codicibus admodum de-
pravatus, sic legitur: μὲν πῶς ἡ τιμὴ τῆς ἐλάσσης οὐ κλῶνες καὶ
ἄλλοι. Falsam hanc esse lectionem, ex Plinio pro-
batur. qui lib. xvi. cap. xxx. Quibusdam ramorum ordo,
sicut piceæ, abieti, alijs inconditus, ut robori, malo, pyro. Nec
Scaligeri lectionem, probo, quod Lugduno Batavam
in M. SS. codicibus reperiri, non dubitem. Cur quer-
cum exponamus, lib. i. i. rationem reddemus, ubi de
quercuum historia agit Theophrastus.*

K E Φ. B.

C A P. II.

Quid radix, caulis, caudex, ramus, surculus.

*Al. Bas.
μέγη. opti-
me.*

μη καὶ μετίστη καὶ κινά των αλεπών, ταύτη ρίζαι,
καυλὸς, αἰκρέμων, κλάδοι. εἰς ἀδιέλογον αὐτὸς
ώστερ εἰς μέρη, καθάπερ ἔπει τῶν λύρών. ἐκαστόν τε
χεῖρ αὐτόμοιον, καὶ ἔξι απάνταντέτων τε τὰ ὄλα. ἔτι
“τὸ τροφίων δέριζα οὐδὲ” τροφὴ ἐπάγεται· καυλὸς δὲ
Al. Bas. εἰς ὁ φέρεται. καυλὸν σῆρε λέγω, τὸ ὅπερ γῆς πε-

^v *lege ex
Basil. coa
Gutū scil.
καυλού.*

*τέλεσκλαδῶν τῶν υφενὸν οἷον μαρτιών τοῦ ἐπέτειον. Καὶ πάντα μόνο
οἰκεῖόπερ τῶν στήνοδων. ὃ δὲ καθλός, ὡστερεῖ εἴη-
ται, καὶ πάντα τοῦ. ἔχει δὲ τὸ πάντα μόνον τετράγονον. οἷον, εἴναι
τῶν ποωδῶν, πάντα μόνον, ἔχει μόνον, σύκης δὲ δεῖ, αἵλι-
ἐπέτειον. Καὶ ὅσσα γε συνιάτερον ταῖς ἡγεμονίαις. Ἐλαστὶ δὲ*

Αγ' τὰ δὲ σῇ τέ, γένη Διασελθμησμένυς,
απεργτίον τοῖς ἐκατόν λέγειν. εἴτι σῇ πεώπε
μὴ καὶ μεγάλης καὶ κοντά τῶν αὐλέσιν, πάδε ρίζαι,
καυλὸς, ἀκέμεων, κλάδοι. εἰς ἀδιέλογον τοῖς
ώστε εἰς μέρη, καθάπερ ὅπλη τῶν ζώων. ἐκαστὸν το
χεῖρ αὐτούμοιον, καὶ ἔξι ἀπαντωτάτων τε τῷ ὄλα. εἴτι
δέ ρίζαι μὲν, διὸ τροφῇ ἐπάγεται· καυλὸς δὲ
εἰς ὁ φέρεται. καυλὸν σῇ λέγω, τὸ ὡστέρη γῆς πε-
φυκὸς ὑφ' εν. τότε χεῖρ κοινώποτεν ὁμοίως ἐπετείοις

DE partibus autem ipsis sigillatim jam referre co-
nandum, si prius eas numero persecuti fuerimus.
Partes primæ, maximæ, communesque plurimo-
rum; radix, caulis, ramus, surculus. Quibus veluti par-
tibus quispiam dividere potest: quemadmodum in ani-
malium genere. Est enim quodque eorum dissimile:
atque his omnibus tota conficiantur necesse est. Radix
est id quo alimentum attrahitur. Caulis, in quod ali-
mentum defertur. caulem enim appello, quod supra
terram simplex assurgit. Id enim commune pariter
annuis atque perpetuis est. quod in arborum genere
caudicem vocitare solemus. Rami, qui à caule fissi
multiplices sparguntur: quos nonnulli " nodos appell-
lant. Surculus †, quod ex his individuum simplexque
oritur; quale præcipue ^{" 1085 "}germen [†] Magis ar-
borum ger-
Sed hæc " potius arborum generi conveniunt. Caulis ^{neri propria.}
verò (ut dictū est) communior quidem habetur, sed nec
ipsum quidem [†] Omnes
plante ha-
bent, ut in
herbacearū

dere est. ex his aliae perpetuum habent, aliæ non: quibus perpetuus non est, aut intra annum interit, aut vi radicum ultra annum ipse restituitur.

πολύχρυν τὸ τῶν Φυτῶν καὶ ποίκιλον, καὶ χαλεπὸν εἰπεῖν
καθόλα. σημεῖον δὲ τὸ μηδὲν εἶναι καὶ μὴν λαβεῖν,
δὲ πᾶσιν ταῦτα ἀρχεῖ. καθάπερ τοῖς ζῷοις σόμα καὶ κοι-
λία. τὰ δὲ αὐτοὺς ταῦτα, τὰ δὲ ἄλλον τρόπον.
Ἐτε γάρ ρ οἴσι πάντες ἔχει, καὶ καυλὸν, ἐτε ἀκρέμονα,
καὶ καλάδον, ἐτε Φύλον, ἐτε ἄνθον, ἐτε καρπὸν,
καὶ ἀνθεφοίν, η ὥστα, η Φλέσσα. οἷον
μύκης, ὕδων. ἐν τάπτοις δεὶς ὅσια καὶ σὺ τοῖς τριχ-
τοῖς, ἀλλὰ μάλιστα ταῦτα ταῦτα ἀρχεῖ, καθάπερ εἴ-
ρηται, τοῖς δένδροις. καὶ καίνων οἰκεῖοτεροῦ μερισμός,
τοῖς ἀλλὰ ταῦτα ἀναφορὰν τῶν ἀλλων ποιεῖσθαι δί-
καιον. σχεδὸν ἡ καὶ ταῦτα μορφὰς ἐκάστων παῦτα
διασημαίνει. Διαφέρει τοῦτο τῷ τάγτων, καὶ
ὅλιγότητι, καὶ πυκνότητι, καὶ μανούτητι, καὶ τῷ ἐφ' ἐν η
εἰς τολείων θίζειν τοῖς ἀλλοις τοῖς ἐμοίσις. Εἴτε ἡ
ἐκάστων τῶν εἰρημένων ἐχεῖ ὄμοιομέρες. λέγω δὲ ὄμοιο-
μέρες, ὅπις ἐκ τῶν αὐτῶν ἐτίθει μέρον
τῆς φύσης ἐτελέχει. ἀλλὰ καὶ λέγεται σέλεχτον τὸ
· Al. Bas.
ληφθεῖ ἀλλὰ μόρον. ὡς δὲ τοῖς αὐτῶν τῶν ζώων
οἱ αὐτοῖς τῶν μέλεσιν ἔστιν ἐκ τοῦ αὐτῶν μὲν, ὃπεν τῆς κυρήμης η
τοῦ τοῦ μὲν τοῦ αὐτοῦ τοῦ αὐτοῦ μέλουμον δέ, καθάπερ σύρξ. Εἰ
δέ τον, ἀλλὰ αὐτῶν μέρον. ἐδὲ δὴ τῶν ἀλλων ὑδενὸς, οὐκ
μονοειδῆ. τῶν ὄργανικῶν ἀπάντων γάρ τῶν πιά-
των, αὐτῶν μα τὰ μέρη τῶν ἢ πολυειδῶν ἀνομασ-
μάτων καθάπερ ποδός, χειρός, κεφαλῆς. οἷον σάκτο-
λον, ρίς, ὄφαλμός. καὶ τὰ μὲν μέριστα μέρη τοῦτα
ταῦτα ἔστιν.

tantum; ceu quae diuturnis radicibus vivunt. In totum
planta res varia est atque multiplex; inque universum
de ea referre, difficile. Indicium vero, quod nihil peni-
tus est, quod commune accipi possit cunctis plantis
conveniens: ut animalibus, os, venter: sed alia propor-
tione eadem; alia, quodam alio modo. Neq; enim radi-
cē, neque caulem, neque ramū, neque germen, neque
folium, neque florem, neque fructum plantæ omnes ha-
bere videntur. Cortex rursus, aut medulla, aut nervus, aut
vena minime omnibus inest, ut in fungorū, ac tuberum
genere patet. Quibus rebus hisque similibus natura uti-
que plantarum consistit. Sed hæc (ut jam dictum est) ar-
borum præcipue sunt: hisque convenientius hæc ac-
commodetur partitio, ad quas & reliqua redigi par est.
cæteras præterea omnes formas hæc prope exprimunt
atque declarant. Distant enim eorum multitudine, pau-
citate, spissitate, raritate: item eo quod simplicia pro-
deunt, vel in plura seinduntur; reliquisque similibus.
Partium autem quas retulimus, nulla ex particulis simi-
libus constat. Similibus inquam particulis, quod ex eis-
dem pars quælibet radicis aut caudicis constat. Verum
quod acceperis, caudex nullo pacto vocatur, sed pars
caudicis. Quemadmodum etiam in animalium mem-
bris: nam pars quæque tibiæ aut cubiti ex eisdem con-
stat: verum non iis quæ eodem vocabulo cognominan-
tur: ut caro, & os. Sed nomine illa carent: ut etiam
quodque uniformium instrumentorum. Eiusmodi enim
omnium particulae nomine carent. Quamquam multi-
formium particulae nomine suo noscuntur: ut pedis,
manus, capititis: ut digitus, nasus, oculus. Hæc fere partes
plantarum maximè habentur.

IVLII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Pρῶτα, καὶ μέτατα καὶ τέλη. Prima, maximæ, communes.
Prima, propter constitutionem. Prior namque radix
cæteris est. Maximæ, ad quantitatem. Hæc enim re-
liquis maxima ex parte prestat caulis. Hæc est quantitas in
individuo. Communes. Hæc est quantitas generica: cuius
species participes sunt. Κανός generis nomen est; sίλεχος
arborum tantum. stipes, unde Στίρψ, de solidioribus tan-
tum: si Στυμον square. sίλεχος adhuc Itali vulgo exprimunt,
ταῦτα corrumpita voce, stecco.

Vide annot. Robert. Constant.
Aἰγίου, ramum interpretatur Theod. κλάδον, surculum.
Ramum Latini sine discrimine nominant. Brachia autem
majora. Ratio tamen Græcorum nominum nequaquam hunc
ūsum sequitur. αἰγίου enim erit, τὸν ἀκρωτηριον. hoc au-
tem est minorum. sive tenuiorum. κλάδος autem habet ἄνωμον,
pro significato, τοῦ θεοῦ κλάδος. id quod facilius sit in mino-
ribus. Hunc ubi surculum interpretamur, recte sit. quod cum
sit diminutum à suro: surus erit ramus grandior. Est autem
vox antiquior, quam ut nunc recipiat. Animadverte, non
omnem καρδιὰ esse quemadmodum dicit, ὑφ' ἐν, id est, sim-
plicem. repugnat enim naturæ τοῦ θεοῦ. Neque κλάδος, ὑφ' ἐν.
Quippe surculi non pauci sunt καρδιῶν.

Ταῦτα οἰκεῖοτερα τῶν θεοῦ. Intelligit κλάδος, καὶ αἰγίους.
Theod. Sed hæc potius arborum generi conveniunt. non ex-
prebit per verbum, convenire, τοιούτοις.

Εἴτε δὲ πάντα μὲν τοῦ θεοῦ. τὸν διὸ τὸν ἀλλὰ περίτελον. καὶ διὸ τὸν ξενονά-
περον τοῖς φίλοις. Scipsum expressit, aut imitatus est. in frā.
καὶ διὸ διετίζει, καὶ διὸ τὸν ξενονάπερον. Sententia hæc est.
Alia caulem habere, alia nullum. Que habent, aut perpe-
tuum, aut non. Quibus perpetuum non est, aut intra annum
interit, quia etiam radix perit: aut interit quidem, sed
vigente radice ultra annum, ipse quoque restituatur: ταῦτα
non idem. ut repullandi vim attribuas plantæ, non au-
tem cauli. Alter enim est, qui repullat. Animadverte
peripateticis cognatam brevitatem. Duo namque simul con-
gesit membra. Primum est, ἀλλὰ περίτελον. alterum, καὶ διὸ
ξενονάπερον. Verum, ut dicebam, non est ξενονάπερον: quia
jam interit ille, aliud autem subnascitur, non renascitur ipse
redivivus. Itaque addidit, τοῖς φίλοις, id est, in vi radicum.
Prior caulis est annuus: ut loquuntur Iureconsulti: annua,
bina, trina die. id est, anni implens spatium. In altero caule
natura annua est, tum eo significatu, tum etiam vulgatore:
ut annua sacra cum dicimus, id est, anniversaria. Theodor.
non expressit diligentiam illam. ξενονάπερον τοῖς φίλοις. neque

divisionem utrinque membrī. Non, inquit, perpetuum, sed
annuum tantum: ceu quæ diuturnis radicibus vivunt. male,
εἰ μιτλό.

Πολύχρονον. Nota verbum, quo etiam in frā utitur, εἰ πολύχρονον.
Theodo. feliciter, multiplex. verum idem ubi dicit: εἰ pro-
portione; melius sic, sed proportione. Quippe nihil commune
est generica, sed proportionali communitate. Sic enim Theodo-
phrastus; τοῦ ἀναλογία. non autem, καὶ ταῦτα. Quia dixit in
summa, χαλεπὸν εἶπεν, declarat rationem difficultatis: que
ratio est rationis, scilicet τῆς πολυτίμου, καὶ τῆς πολυχρονίας. Quo-
niam, inquit, μετὸν εἰς καρδιὰν, λαβεῖται, δὲ πᾶσιν ταῦτα.
Varium igitur sancit hoc εἰ multiplex negotium; si particulatum certæ
species iccirco sunt percensendæ, quia ad nullum principium
univocum reduci queunt. Explicit deinde id minutatim,
qua cognoscere proprius opere precium est. Negat omnibus
radicem subesse. Exemplum ponemus nos, lenticulam aquæ,
εἰ malobathrum, si vera Græci f. bulantur. Veroque ra-
morum genere carent multa: quippe etiam caule, non florē-
ficus: capilli veneris fructum ferunt nullum. Hactenus sine
controversia: at cum addit, matricem, id sancit controversum
est. Sed esto. verum cortex nulli penitus denegari potest:
tanto minus vena. Non enim alerentur. at hoc est principium
vivendi: oīnnis autem planta vivit. Nam exempla que po-
nit, contra ipsum stant. habet enim fungus εἰ venas, εἰ ner-
vos, itemque tuber. Et quod ait, analogiam in his potius
esse: ea pura evasio est. Duritia namque εἰ mollitia, parvi-
tas εἰ moles, non variant substantiam. si enim conferas qua-
lescumque volueris species: quemadmodum diximus alias:
nullam alteri aequalē inveneris. Essent enim eadem: neque
nervus in specie nervi, aequaliter predicitur de nervo leonis,
εἰ nervo hominis: sed in genere nervi ampliore: sub quo,
alterutrum etiam habes, quod preferas, εἰ alteri illi Gallois:
quique sit aliorum quasi regula, εἰ mensura quedam. Verum
si officia, εἰ causam finalē spēcies, aequalitas est in predi-
catione. Omnis enim nervi finis est, sensus, aut motus.
omnis vena, receptio, εἰ transmissio alimenti. In sub-
stantia igitur est analogia, non solum in plantis, verum etiam
in animalibus: in officio est aequalitas, non solum in omnibus
plantarum speciebus: sed etiam inter omnia genera viven-
tium. Itaque quod addit, in arboribus tantum esse: ne id
quidem concedimus, sed manifestiores tantum. Dixit tamen
hoc ad p̄ceptorem imitationem, qui ἀναμνησις, insecta dicit. εἰ
statuit sanguinis proportionem, non veram speciem. Illud

etiam accurata diligentia dignum est. Ait enim Philosophus, Organica quedam esse πλευρᾶ. Sane pes constat nervo, vena, & aliis. quedam verò μονοεῖδη, ut vena. Non recte igitur sic dividunt: membra quedam simplicia, quedam organica. Cautè autem & prudenter dicit, organici, sive πλευρᾶς, sive μονοεἶδες, partem non esse διανυμο, cum toto, id est ejusdem

*nominis. sed ~~as~~trum, id est, ei nomen positum non esse. Sane
in iis, quae sunt ~~polueidē~~, non potest nomen idem ponи : pro-
pterea quod consignificat compositionem pes : at in iis quae
sunt ~~uroeidē~~, pars venae, vena est : si materiam species. si
officium, non est.*

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIO.

"deest vo- **A** *Kύπερος. Videtur Plinius lib. XVII. cap. XIV. ar-*
care. *aborum humeros: & Columella lib. III. cap. x. se-*
** lege* *mina", Theophrasto* τὰ φυτικά de Caus. lib. III.*
Theophras-
tus.

cap. vi. legenda esse ait ex locis humerosis, ubi locus de arborum partibus.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

*E*Σηδίπιξ.) Radicem Botanici vocant; quod in planta sub terra latitat, ex quo alimentum stirpes trahunt. Theophrastus, quo alimento attrahitur. Novit enim Philosophus, quarundam plantarum naturam esse, ut non terræ, sed vel aquæ insideant, ut lenticula palustris; vel alteri plantæ, ut viscum, muscus, epithymum. Hæc tamen botanicorum definitionem minime turbant. Etenim, cui insident, illis est sedes pro terra. Quæritur tamen, an omnes plantæ habeant radicem. Sed de hac quaestione paulo inferius.

Kawas. Apud Latinos *caulis*, & *cauliculus*, herba-
rum propriis est. *Caudex* vero, ut *señor* apud Græ-
cos, ad arbores, & suffrutices dumtaxat pertinet. Est
autem *caudex* in arboribus, & *caulis* in herbis, quod
à radice supra terram assurgit, per quod alimentum
sursum defertur.

Tertio) *Lego ex Aldino, & Germanico codice τβορ,*
scilicet κωλόν; reliqua enim parenthesi includuntur.
Ceterum uti Græci ἀγέμενος, sic Latini ramos attri-
buunt omnibus plantarum generibus. Ramos majo-
res poëta *brachia dixit Georg.* 11:

Tum fortis latè ramos, & brachia tendens.
Plinius lib. xvii. cap. xiv. *ἀρχίμονες arborum humeros*
recutit.

vocavit.
οὗτος) Dicit Theophrastus, ab aliquibus αἰκένειας
vocari οὗτος. Hesych. οὗτος καλός τοῦ σελίχου
χαράρων αἰκένειαν. Attamen apud ipsum Theophrastum,
vox οὗτος, non raro nodum significat; uti hoc eodem

libro cap. xiii. & lib. v. cap. iii. de causis plantarum; aliisque locis plurimis. Quare ubi vox haec occurrit, diligenter videndum, quâ significatione accipiatur. Est autem Σ five nodus in arboribus & virgultis, eminens callus, ubi connati simul rami esse apparent. vel nodus, è quo novi se proserunt furculi, & rami, qui certo spatio distantes inter se bini, terni- ve, aut quaterni, ut in abiete, prodeunt. Quoniam autem ex illis rami primum rument, & oriuntur, eo ipsis etiam rami Σ sunt vocati.

Κλάδος.) Non ubique, nec semper, ^{κατὰ} surculum denotat, sed sæpius ramum majorem, uti suo loco demonstrabitur.

Oὐτὸς δὲ πίστιν Theophrastus plantas reperiiri dicit, quibus radix nulla: exemplum tamen nullum ad fert. Dioscorides malabatrum sine radice aquis innatae scribit. Addunt alii lenticulam palustrem. Malè. si quis enim rectè examinaverit, reperiet ei radiculam valde exilem esse. Dioscoridem aliosque Græcos, qui de Malabarro scripsere, mercatorum ignorantia deceptos, crediderim. In epithymo conspicua radix nulla, nec in visco, nec cassuta. horum radix dicenda, (si plantas omnes radices habere quis velit) pars quā infidet, non tamen vera radix. Vel responderi potest, omnes plantas perfectas radicem habere, imperfectas nō item. Vide cap. v. li. i. Rectè itaque Theophrastus. Quæ sequuntur, incomparabilis vir Iulius Cæsar Scaliger examinavit.

Κ ΕΦ. Γ.

CAP. III.

Quid matrix, quid fructus, quid humor.

Aλαζή, ἐξ ὧν πάντων Φλοιός, μήτρεψ, ξύλα, ή
οὐσιεχει μήτρευν. πάντας ἢ ὁμοιομερῆ, καὶ τὰ τέ-
των ἢ εἴτε απότελε, καὶ ἐξ ὧν πάντων ὑγρὸν, οἷς, φλεψί,
σάρξ. δέχαιται καὶ αὐταῖς παλαιῶς εἴτε λέγει τὰς τῶν
επιχείων σημαίμεις αἰνταῖς δὲ κοιναὶ πάντων. η μὲν
χών σωματία Εἴη ἐλη Φύσις ἡντικύτης. ἄλλα ἢ εἴτιν,
ῶστερ ἐπέτειαι μέρη τὰ περὶ τὴν καρποτοκίαν οἷον,
Φύλλον, αὔθος, μίσχος. τέτοδε εἴτιν ὡς σωήρηται
περὶ τὸ Φυτὸν τὸ Φύλλον Εἴη καρπός. εἴτιν ἢ ἐλιξί,
βρύον, οἷς θαράκει. Εἴπει πᾶσι, απέρμα τὸ τοῦ καρ-
ποῦ. καρπὸς δέ εἴτιν τὸ συγκείμαδμον απέρμα μετὰ τῆς
ωθικαρπίας. αὐτῷ ἢ ταῦτα σύνιων ιδίᾳ ἀπλακαδέπερ
"Lege mīcis. η" υπὸ δρυὸς, Εἴη ἐλιξί ἀμπέλος. ≠ η ἢ σὺ μὲν τοῖς
≠ Lege καὶ μὲν δένδρεσιν εἴτιν τὸ τοῦ Δικλαβεῖν τοῖς ἢ ἐπεπίσιοις,
τοῖς μὲν. Σic Ald Bas. Μῆλον ως ἀπάντας ἐπέτειαι μέχεται καὶ τῶν καρπῶν
τὸ Lege ὥστα η Φύσις. οὐαὶ ἢ ἐπετειόκαρπο, Εἴη διεπίζει, κα-
Bas. θίτει τὸ διανοῦν διαδίδει. Καὶ οὐτε δὲ παρείν γένονται

*Lege πάκις. ή "κικίς μρύσ, Ε ή ἐλιξ ἀμπέλλα. ≠ κ όν μή τοις
+ Lege καὶ μή δένθρεσιν εἰν τὸτω Διγλαβεῖν τοις ἡ ἐπεπίοις,
τοῖς μὲν. Τιμῆλον ως ἀπαντα ἐστέται μέχρι γὰρ τῶν καρπῶν
+ Lege ὅτα η Φύσις. οὐαὶ ἡ ἐπεπίοικαρπο, Ε ὅτι διεπίζει, κα-
βασ.*

ἔχει, τά τοις ἀπαντών Εἰς ὁ καυλὸς ἀκελλαγήσεις τῷ λό-
γῳ. ὅταν γὰρ σπερμοφορεῖν μελλωσι, τόπε εὐκα-
λῆσιν. ὡς εἴνεκα τοῦ σπέρματος ὅντων τῶν καυλῶν.

Γαῦτε μὲν ἐν τάσι θηρίῳ τῶν σῇ εἴρημέν τοι
μερῶν ταπεικήσον εὐαστὸν εἰσεῖν, τί εἶν, ὡς ἐν τύπῳ
λεγοντας. τὸ μὲν ἐν ὑψών Φανερόν. ὁ οὐκανθοῦσι

[†] Al. δι. οὐδὲ τίνες ἀπλῶς ἐν ἀπαστρυ ὅπον, ὥσπερ καὶ Μενέσωρ,
μη. τοι ἐν τοῖς ἄλλοις ἀναγνύμασ. ἐν δέ ποιν ὅπον, Εἰς

Sed sunt etiam aliæ, quibus hæ constant; cortex, lignum, & matrix: ubi scilicet esse potest. Quæ quidem omnes particulis constant similibus: quæque priores hisce habentur, quibusque istæ consumantur; ut humor, nervus, vena, caro. Hæc enim principia sunt, nisi vires elementorum dixeris, sed illæ tamen communes rerum omnium habentur. Essentia itaque naturaque universa plantarum his in rebus consistit. Quædam vero quasi annuæ partes accedunt: quæ partui fructuum accommodantur: ut folium, flos, pediculus: id est, "quo folium è planta dependet & fructus. Ad hæc capreolus, † muscus: ubi scilicet esse potest. Super omnia, semen fructus. Est autem fructus, † quod' carne & semine constat. Sunt præterea quibusdam propria quædam: ut robori galla: viti capreolus. Arbores persequi hunc in modum possumus. Annuis vero quæque annua gigni constat. Nam ad fructum usque natura eorum tantum se ampliat. Quæ suo uno fructificant anno, quæque biennio durant (ut apium & alia quædam) quæque plus temporis obtinent, his omnibus caulis quoque † pro ratione conveniet. Cum enim semen parturiunt, caulem tum emittunt: utpote quæ non nisi causa semi-nis caulem promant. Hæc ita discerni placet. Partes autem novissime dictas, quid quæque sit, summatim exponere, conandum jam est. Humor itaque patet: quem nonnulli simpliciter liquorem in cunctis appellant, quemadmodum etiam Menestor quidam. In ceteris absque nomine captiunt: in quibusdam vero liquorem: inquit

ἄλλοις δάσκουν. οὐτέ γέ φλέβες· καθ' αὐτὰς γάρ αἰνώ-
νυμα· τῇ δὲ ὁμοιότητι μεταλαμβάνεται τὰς ἣν τοῖς
ζώοις μορίων. ἔχει γέ τοισας καὶ ἄλλας Διαφορὰς οὐ
ταῦτα, καὶ ὅλως τὸ τῶν Φυτῶν γένος. πολύχρονος γάρ,
ώσπερ εἰρήναμδρος ἀλλ' ἐπεὶ Διὸς τῆς γηναὶ με-
ταδιώκειν δεῖ τὰ ἀγνώστα, γηναὶ μάτερες δὲ τὰ
μείζω καὶ ἐμφανῆ τῇ αἰδήσει δηλονόπι, καθάπερ
ὑφῆγηται, τοὺς τούτων λεκτέον. ἐπαναφορὴν γάρ
ἔξομδο τῶν ἄλλων πέπος ταῦτα, μέχρι πόσου καὶ πῶς
ἐκεῖσε μετέχει τῆς ὁμοιότητος. οὐλημαδρόν γέ τιναν
μερῶν, μετὰ ταῦτα ληπίσεον τὰς τούτων Διαφοράς.
οὕτω γάρ ἄμα οὐκ ὄντος Φανερᾶ, οὐδὲ γέ τηνῶν
τοφές ἀλληλας Διάστασις. οὐδὲ οὖν τῶν μερίστων
φρεδὸν εἴρηται· λεγω δὲ, οἷον ρίζης, καυλοῦ, καὶ τῶν
ἄλλων. αἱ γάρ διαώμενες οὐδὲν χάραγνεκασον, ὑπερον
ρήγησονται. εὖλον γάρ καὶ τοῦτο ικανό τολμαστοῖς
πειρατείον εἰστεῖν, δέξαμδρος δὲ τὸ τῶν περιώτων.
περιώτα δέ εἶται τὸ ύγρὸν καὶ θερμόν. ἀπαν γάρ Φυτὸν ἔχει
τινὰ ύγροτητὰ καὶ θερμοτητὰ σύμφυτον, ὡσπερ οὐκ ζῶον·
οὐκ ζῶον ποτέ τῶν γίνεται γῆρας ικανός Φθίσις· τε-
τέλεσται τὸ ποτέ τῶν, θάνατος καὶ αὐτοπτος. οὐ
μὴ οὖν τοῖς περιώτοις αἰώνυμος οὐδὲ ύγροτητή· εὐ οὐδείς
γέ ἀνομαστικόν, καθάπερ εἴρηται. τὸ αὐτὸδὲ τοῦτο
οὐδὲποτε τῶν ζῶων ποτέ άρχει. μόνη γάρ την οὐδείμιαν
ύγροτητης ἀνομαστού. μίοι καὶ διέρηται τοφές τοῦτο τερή-
σθ. τὰ μὲν γάρ αἴναιμα, τὰ δὲ ἐναιμα λέγεται. εἴτι μὲν
οὐν, τοῦτο τὸ μέρος τὸ τούτων σωματικού θερμού.

inque aliis lachrymam vocant. Nervus ac venæ per se nomine carent: quadam vero similitudine nomina partium animalium consortiuntur. quando & alijs quoque " *Mutuan.*
differentijs hæc fortasse inter se distent, atque in totum tur. genus universum plantarum differat. Est enim varium atque multiplex: ut proposuimus. Sed quoniam † notis † Propter ignota persequamur oportet, & quæ sunt nota grandiora patentioraque sensui offerantur, hinc proculdubio de his primum dicendum est. Reliqua enim ad hæc ipsa redigere habebimus, † quantum & quoisque quoque modo similitudinem singula contingere videantur. ^{+ Quatenus} Cum vero partes sumpserimus, differentias protinus ^{& quomodo} *similitudi-* earum adjiciendum. ita enim simul & † natura evidens, *nisi partici-* & tota generum differentia conspicua fuerit. Maxima- ^{+ Substan-} rum itaque partium differentia pene dicta est: videli- *tia.*
cet, radicis, caulis, reliquarumque: vires enim cujusque, quarumque rerum gratia quæque sint, postea dicemus. Illa enim quibus tam hæc quam cetera constant, explicare prius oportet: sumpto à primis initio. Sunt autem prima, humor atque calor. Omnes enim plantæ humorem caloremque sibi " insitum quendam possi- " *Connatum.* dent: sicut etiam animalia. quæ cum † deficere in- ^{+ Deficiunt.} ccepere: senecta " diminutioque consequitur. Cumque " *Et tabes.* penitus defecere; † exsiccatio morsque occupat. In ^{+ Mors} primis igitur illis humor nomine caret, sed in quibus- ^{& exsiccatio-} dam, ut dictum est, nuncupatur. Hoc idem vel in animalium genere percipere licet. Solus enim humor ha- bentium sanguinem certo nomine redditur. *Quam-* obrem id privatione ipsa discernimus. Alia enim san- guinem " habere: alia carere fatemur. Est igitur ea pars " *Habent* calorque illi connexus. *alia carens.*

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Ait corticem & medullam consimiles. His autem priora, ex quibus ipsa consistunt, humor, caro, nervus, vena: non recte: nam si cortex ex vena, nervo, carne, humore constat: erit pars aliqua in cortice, quam corticem non dicas.

Declarat quid sit *μίγχος*, *pediculus tam folij*, quam fructus.
Bevor, ut suprà memoravimus, ait esse partem *ἰπτίου* ad
καρποτρίχων, in quibus est. sequitur preceptorem illis verbis,
σέα ῥιζει; intelligit oleam.

Kai εἰτι ποιεῖται τὸν κράτον. Theodo. Et super omnia semen fructus, ut fructus sit possessivo casus: effugiat ambiguitatem: Et pronunciet numero plurali, semina fructuum: aut pronomen addat, fructus ipsius.

Kαρπός, declarat fructum esse semen cum tegumento, quod
επικαρπίον vocat. Nihil imprudentius à Theodoro, qui εἰ-
χέμενος, carnem dixit. Nam quorū fructus semine constant,
εἰ tegumento, vel osso, vel testaceo sine carne: contemplare
strobilum, εἰ conum cyparīsinum, εἰ alia; animadvertes
etiam iudicio exactiore id. Si οὐ γένεσις est, τὸ συγκαρπόν εἰς αντί-
γενέλη, εἰ ambiente, sive testa, sive carne: quare ratione potius
non dicatur tegumentū illud, εἰσαγόμενον. nihil enim seipsum
amplecti potest: quippe continens à contento, aliud.

Пасχа є пѣтъ сеѧніи атъ, кѹмѣтъ и хрисъ дѹю, кѹмъ и пѣтъ
и мѣтъ. *Mala comparatio. Galla enim fructus est. capreoli*
natura alia: pars enim officinalis. Est etiam capreolus & le-
guminum multorum, & cucurbitarum, non autem vitis
idiorum.

Kai τοις περὶ θερμότητος εἰσὶν ἄλλα διάλογοι. Τοῖς δὲ ιπτετοῖς δῆλοι, ως
εἴπων εἰνίδε. Sententia satis facilis: nam si totum annum
est: etiam partes, siccuro addidit, δῆλο, ne esset frigidiuscula.

Oντε ἵππονερπι, οὐδὲ ὅστε διηγεῖται. Durante enim ad fructum usque ea, quae annuos fructus ferunt. τότες ἀπαστρέψει κανδής αἰχλάδης κατὰ λόγον. Theodo. his omnibus caulis quoque proratione conveniet. Non est verbum explens (conveniet) αἰχλάδης. Sed sequetur temporis tractum, usque ad maturi fructus tempus.

Καὶ ὅπερ απεμάζοφοῦ μίδωσι, τὸ εἰγκαλοῦσιν. Theod. cum semen parturiunt, caulem tunc emittunt: at longo post tempore, quam caulem emiserint, parturiunt semen. Est siquidem parturio limen, & aditus pariundi. itaque Theophr. μίδωσι: cum futurum est, ut semen ferant, "caulescunt. Aded verò verum est, quod ait Theophr. ut lactucas: cum ei generi tempestivum est, ut sementescant: si tunc seras, exēant eum caule.

E'ixa t'ō ανθεματοσ ὅταν τῶν καυλῶν. Videamus an vera sit hæc propositio. Caulis est propter semen. si omnia, quæ caulem habent, semen habent: verum est. at filix caulem habet, semen non habet: Item multa alia: neque omnis fructus, aut semen in caule: non enim Arachidnis. Intellige igitur certo in genere: neque in caule fructus albo chamaeleonti.

Tār j̄ ἀριτηνούσιν μερῶν. Explicatius celebrat, quae attigit, tametis & nunc, & tunc τόπως, sc̄e, inquit, εὐ τόπω λέγονται. Theodo. durissime, nota inquit, reddere subsignationis. Nemo latinus hic intelligat, quid sit subsignatio. τοντηνούσιν figura est, de qua in tertio poēsos à nobis. Sed nihil ad hæc: ceterum tanta est frequentia hujus vocis in hisce libris, ut Theodorus fastidū vitandi causa, pariat fastidium.

Tò ὡραίῳ ώρᾳ. humorem Theodorus interpretatur. recte. Et ὅποι liquorem; alibi succum, alibi lac. in principio non satis declaratur.

*Mετελαμβάνοσι. Theodorus, confortiuntur, mutuantur. nam quæ partes univocæ sunt sub eodem genere, eæ erunt æquo jure nominis ejusdem consorties, quæ analogæ, aut equivo-
cæ, nominantur.*

Διὰ τὸν γνωμένον μεταδίκησε δεῖ τὰ οὐγνωμένα. Theodor. notisignata persequuntur. sensus mutilus est. non enim dicit, τοῖς γνωμένοις. neque sunt instrumenta cognoscendis, sed media, quemadmodum vocant Philosophi.

Mētē mōs rōḡ nōs īḡrā mētē s̄m̄l̄t̄d̄n̄. Theodorus,
Quantum, & ad usque, & quomodo similitudinem singula
contingere videantur. Nota, attingere similitudinem, &
tres facit partes. Quantum; &, adusque; &, quomodo. at,
quantum, est, adusque: terminus enim est extremum quan-
titatis, & generis ejusdem cum ea. Theophrastus n̄ p̄t̄
posuit finem & mōs, & modum & mōs. utrumque autem ad
qualitatem hic refertur. Nam & mōs est qualitatis per se. &
mōs, per accidentem. Id quod etiam Galenus docuit nos non
semel. Est igitur inter herbas ex viriditate similitudo. hoc
est, mōs. At similitudo, ex & mōs. propterea quod alijs aliae
viridiores, aut fusciores. sic igitur interpretarē; quatenus,
& quomodo similitudinis participes sint. Nam, adusque,
hic nihil sonat. & sanè modus hic significat, quod alijs, gra-
dum, dicunt.

Eidemque oīt τη μετωπή. Ait partibus positis, earum differentias persequendas. Hac enim ratione naturam cognitum irt. Sanè pars, quasi materia, erit; differentia, veluti forma. Iccirco addit, σύνταξις. Quia in lib. Physico. & in secundo

de anima, & in septimo Metaphysices, materia, forma, compositum, οὐαὶ τεῖς εἰσι. Theodorus maluit dicere naturam, quam substantiam non solum hic, sed etiam alibi: ut est videre in fine capitinis sequentis.

ὑγρότητα, καὶ θερμότητα σύμφωνον. Theodorus, humorem, & calorem insitum. Insita quedam sunt etiam non à natura. Adderet igitur ea quoque verba, à natura. hoc enim φῶνος est in verbo, σύμφωνον. Breuius quoque diceret, connatum. ut declararet ea esse principia constitutionis. Neque levis est castigatio huc: id quod mediocriter doctis videri posset.

Ων τὸν πάντα γένεται γῆρας, καὶ φθίσις. scribendum, ψωλεπόντα, quo tractus deficientiae intelligatur. Sic enim fit senectus, & tabes. hoc est, φθίσις, quod minus rectè à Theodoro, diminutio. Nam diminuuntur corpora labore quotidiano, inedia, vigilia: at non tabescunt ejusmodi quotidiana diminutione. Est autem naturalis φθίσις. senectus definitio, ex Galeno. Vnde trahunt hanc urbanam dubitationem, qua ratione senex sanus sit: cum senectus sit virtus sanitatis. est enim, φθίσις. In verbis autem sequentibus postposuit mortem desiccationi. τελεῖς ἡ ψωλεπόντα, θάνατος καὶ αὔρασις. minus commodè. Hæc enim illam antevertit. Theodorus

autem primum ψωλεπόντα: cum deficere incepere. Male: neque enim initium illud senecta est, sed initium senecte. Quare intempestivè de suo addidit: sed deficientibus, tractum enim illum, de quo diximus, significat.

εἰ μὴ τοῖς αὐτοῖς ψωλεπόντας οὐχίστε. Quia sine differentia, communis nomine dicitur, ψηρός. In alijs autem, inquit, nomen habet: ut dixit. Intelligit, δῶς in papavere, & planata, tum medica, tum Cyrenaica. Item δάκρυον, in myrra, atque alijs: quemadmodum in nono dictum est.

Τὸ δὲ τέλεα λέγεται. Theodorus, sanguinem habere fatemur. Seneca in declamationibus irridet, & suo & alieno iudicio figuræ basce loquendi ambitiosas, & merito. Quid enim hic è Græca, eaque Attica simplicitate, λέπτα, ad latianam severitatem, fatemur? Fateri est interrogati, aut coacti, aut etiam torti. verbum sanè misere potestatis. At, dicere, sapientis. fatebitur scholasticus post negationem, aut dubitationem, aut interrogationem: & servus post questionem.

Εἰ μὴ τοῦ τοῦτον μήποτε. Concludit, partem esse humorem illum: quemadmodum etiam in historiis animalium declaratum est. ut pudere jam incipiat istos, qui nobis sanguinem negabant esse animalis partem.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Mix.) Docet ac definit Theophrastus quid πινετός, live pediculus sit: nempe id quo folium, & fructus plantæ copulantur, etiam capreolus, & muscus. Omissum, ni codex mendoſus, ſemel τὸν αἴδον. Quis non novit, plurimarum plantarum flores pediculi annexi?

Σωήτητον.) Non omnia folia fructusque dependent. Folia lauri, Rhododendri, & fructus cedri magna, non folium deorsum nō dependent, sed fursum erecta, in ramis confidunt, iisque tam pertinaciter cedri fructus adhæret, ut citra rami particulam avelli nequeat. Causa, pediculi durities, & soliditas.

Σωήτητον.) Expone, fructus est, quod involucro & ſemine conſtat. Falso enim est, fructum omnem conſtare ex ſemine, & carne. Ipſe Theophrastus hoc eodem lib. cap. xvii, & xviii. contrarium docet. quod experientia ipsa probatur. Staphyloſendri fructus ex veficula, live membranoso tegmine, & ſemine conſtat; racheo, conum, abietinum, cedrinum, cypariffimum, aliosque fructus plurimos osſeo, vel testaceo, fine carne, tegumento conſtare. Hac pefimā expoſitione viri longè doctissimi, in re botanica, decepti videntur; inter quos Spigelius, qui in Iſagogę in rem herbariam, Theophrasti mentem ſic expoſtere conatur: Theophrastus ubi carne & ſemine fructum conſtare dixit, videetur innuere pericarpium ex carne conſtitutum, ut in pomis, pyris &c. Quod à mente Philoſophi noſtri planè alienum eſt. Docet enim fructum conſtare ex involucro & ſemine. Aristoteles fructus,

ſeminisque diſſerentiam luculentter explicat lib. i. de generat. anim. cap. xviii. Σπέρμα δὲ καὶ καρπὸς Διαφέρει τῷ οὐσιᾳ καὶ αὐτοτεగρ. καρπὸς μὲν τῷ εἰς αἴδον ὑπαγόνῳ τὸν ἐν τοῖς ἄλλοις. ἵπερον (ἄλλως) ἀμφω τοὺς ἴσους. I. ſemen & fructus inter ſe diſſerunt, prioris posterioriſque ratione; fructus enim quod ex alio eſt: ſemen ex quo aliud, nam alias ambo idem ſunt. Pomum, ex arbore eſt. ſemen pomī, ex hoc ipso, & quidem fructu posterius, hoc eſt ipſo pomo. Ex ſemine naſcitur arbor alia. Sed magna ex parte hæc confunduntur, etiam apud antiquifimis, qui καρπὸς pro αὐτομ. & contra αὐτομ. pro καρπὸς ſcribunt. Suidas. καρπὸς μὲν ἴση κυλως ἢ κερκαριδης τῷ στόχῳ, καὶ ἵλαιον ὃ πυρίων. id eſt, καρπὸς propriè ſemen seu granum fici, vel nucleus olivæ. Hippocr. αἰδὲ τοὺς αἴδον καρπόμενος καρπὸς. Diſc. λαβυρίδης καρπὸς. Oribas. καρπὸς ὃ καρπός. Quid pluribus opus eſt: ipſe Theophrastus καρπὸν ſemen vocat lib. vi. hist. cap. ii. ad finem, ubi de ferula agit.

Εἰδὲ.) Si in codice mendum non eſt, mala compariatione utitur Theophrastus. Eἰδὲ proprium quidem viti, ſed nō ſoli. cucurbitis enim ac leguminibus non nullis, uti pifo, lathyrō, vicia, &c. capreolus ſervit. Galla fructus eſt, & pars officialis. Sui picor legendū ὁ Βότας; nihil tamen muto. Uva viti ἴδοι, uva fructus, galla fructus. Verba Theophrasti ſi bene perpendantur, nihil mutandum. Docet arbores quasdam τὸν ἰδον quid habere, quod aliis negatum eſt; ſanè nulla arbor capreolum præter vitem fert.

Τὸ μὴ.) De humore vide cap. i. lib. ix.

ΚΕΦ. Δ.

CAP. IV.

Quid lignum, quid caro, quid cortex, quid matrix, ex quibus cortex.

"αἴδα δὲ εἰδη." "ΑΝ δὲ καὶ ἄλλα εἴδη ἐπεργε τῶν ἔντος. ἀναθ-

Al. Basf. Εἴαυτὰ μὲν εἰσι αἰώνια. Διὸ δὲ τὸν ὄμοιό τηλα

Theod. ἀπεικάζει τοῖς τῶν ζώων μορίοις ἔχοντος καὶ ὥστε

lege ex Al. ὥστε, ὃ εἴσι οὐαὶ καὶ σχισὴν καὶ Μέτιμης" αἰδε-

φ. Basf. Ελαστὸν δὲ καὶ ἀβλαστὸν ἔχον φλέβας. αὐταὶ δὲ, τὰ μὲν

αἴδης, ἀλλα εἰσὶν οὐραὶ τῇ ἴνῃ. μείζον δὲ ἐπι παχύπερι,

οἱ καὶ τὸν ἀβλαστὸν ἔχοντος καὶ ὑγρότητας. ἐπι ξύλον δὲ

τὸν μὲν καὶ ἔχεισιρκα, τὰ δὲ ξύλον. εἴσι δὲ τὸ

μὲν ξύλον σχισὴν, ηδὲ στρέψι, πάντη Διαιρεῖται.

ώστε δὲ ἐστὶ ηδὲ ηδὲ. μεταξὺ δὲ τὸν ξύλον καὶ φλε-

βούς. Φανερὰ δὲ ηδὲ ηδὲ ηδὲ τὸν τῶν τοῖς τῶν

τοῦ ικαρπίων δέρματος. Φλοιὸς δὲ ηδὲ μήτρα, κυρίως

μὲν λέγεται, δέρμα δὲ αὐτὰ ηδὲ τῷ λόγῳ διορίου.

Φλοιὸς μὲν οὐν εἴσι τὸ έσχατον καὶ χωρίον τῷ ικα-

ρπίων δέρματος. μήτρα δὲ, τὸ μεταξὺ τῷ ξύλῳ

τείτον δέρμα τῷ φλοιῷ. οἷον οὐν τοῖς οὐσίαις μυελός. κα-

λεῖσι δέρμα τῷ καρδίαν οἰδεῖ, μυελόν. τὰ μὲν οὐν

A Dſunt vero & alia genera ab internis diversa: "Aliæ au-
quæ ipſa quidem per ſe nomine carent: ſimi-
litudine autem ex animalium partibus appella-
diverſe, ea-
tionem ſibi muuantur. Habent enim quodammodo rū que ſunt
nervum, quod continuum, fissile, prælongumque eſt:
+ ſed inſociabile germinisque infecundum, & venas
habens. Venæ ipſe cætera nervo ſimiles, ſed maiores
crassioresque ſunt: & ramulos humoremque habentes.
Item lignum & caro. Alia enim lignum; alia carnem propagines
habent. Lignum autem fissile eſt: caro omnibus di-
mensionibus diuidi potest. quomodo terra, quæque ex
terra conſtant. Vnde fit, ut inter nervum & venam,
ipſa media ſit. Patet vero ejus natura tum in cæteris,
tum in fructuum cute. Cortex & matrix propriè nun-
cupantur: ſed ea quoque reddere definitione debemus.
Cortex eſt pars ultima: & à ſubjecto corpore ſepa-
rabilis. Matrix, quod in medio ligni tertium à cortice
continetur: velut medullam in ossibus. Id nonnulli cor;
alij medullam appellant. Partes tot penè numero
habentur;

μόρεια χειδόν^{εις} τοσω^{της} σύγκειται^{της} τὰ οὐδεργά^{της}
τῶν αφετέρων· ξύλον μὴ^{εἰ} ίνος καὶ οὐχ οὐχοῦ, καὶ^{εῖ} νια
σπουργές. ξύλοις ταχαίρει^{ται} σκληρυνόμυθοις οἷον ἐπί τοῖς Φαι-
νεῖσι, Καρφίται, καὶ εἴπιτο^{το} ἄλλο οὐκέλοισται· ὡσπερ αἱ τ-
ράφανιδων ρίζαι μήτερα^{της} εἰ^{της} οὐχοῦ καὶ σπουργές. Φλοιός
τοῦ μὲροῦς τις^{της} πάντων τη^{της} τρειών^{της} οἷον, ὃ τὸ δρυὸς καὶ αι-
γείρας^{της} εἰ^{της} ἀπίσ. ὃ τοῦ αἰγαίελα, εἰ^{της} οὐχοῦ καὶ ίνος. ὃ δὲ
τοῦ "Φελλοῦ, οὐκ σπουργές καὶ οὐχοῦ. πάλιν τοῦ^{της} τούτων
σπινέτα τὰ μέγιστα^{της} εἰ^{της} πέω^{της} τοῦ ιθέντα, καθαπερεργεῖ
μέλη· πάλιν τοῦ^{της} τούτων αὐτῶν πάντα, οὐδὲ^{της} αἰσπύ-
τως, ἀλλὰ Διεφόρως. εἰλημνίων^{της} πάντων τῶν μο-
χίων, οὓς εἴπειν, τὰς τεύτων Διεφορές πρεστέον διποδι-

habentur; quarum posteriores ex prioribus constant.
Lignum ex nervo & humore, nonnulla etiam ex carne.
Cum enim indurescunt, transeunt in lignum; ut palma,
ferula, quicquid lignescit: quemadmodum raphano-
rum radices. Matrix autem ex carne & humore.
Cortex quidam ex tribus illis; ut "roboris, populi, piri." ^{quercus.}
quidam ex humore & nervo; ut vitis. "Folia vero," ^{suberis.}
ex humore & carne. Rursum ex his maximè & primæ
illæ, quas enumeravimus, "partes componuntur, non" ^{membra.}
tamen omnes ex eisdem neque simili modo; sed di-
verso. Igitur expositis jam omnibus ferè partibus; dif-
ferentias earum, & arborum plantarumque omnium
naturam nunc assignare tentandum est.
ναὶ, Εἴ τις ὅλων τῶν δένδρων οὐ φυτῶν οὐσίας.

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Aλλος δὲ εἰδὼς ἐπειγόντος. Hactenus de partibus extimus
videtur scriptissime, cum tamen falsum sit. Quis enim
dicat, humorem esse extimum? tanto minus calorem
vitalem illum. Præterea, supra, cum δῶρο τῶν γνωσκόν, pro-
fitetur se in gradatione perscrutationis, processus ab humo-
re, qui multis in plantis sanè minus perspicuus est: puta,
in capillis veneris, & quarundam arborum corticibus, &
ejusmodi. item à calore, qui apud non paucos est controversus:
a quivocè namque calor dicitur de cicuta, & de anetho.
Non enim cicuta calida dicitur, nisi vita. Anethum autem
etiam elementari calore. Igitur duo illa, πεπτὰ quidem sunt;
verum neque ιψφανη, neque γνώσμα. Ad hæc nota locu:io-
nem. Inquit enim, ἀλλος δὲ εἰδὼς ἐπειγόντος. Theodo, adjungit
vero & alia genera ab internis diversa: ut omittam ineptum
hic verbum, adjungit; equidem aliter sentio. Nam cum ab ex-
timis, & magnis, & apparentibus incipiendum esse censem
erit; veluti ab radice, & caule, sequutus sanè præceptorē
ex historia animalium; nunc de internis loqui vult, atque sic
ait: aliae autem species diverse earum, quæ sunt interiores;
id est ἀλλος τοιούτος, επειγόντος, diversa genera interiorum, ab iis,
quæ diximus.

Ε κεστ γδ αποτελεταις. οντι σωματικης, καθηγησιον επιμενεις. αεροφρε-
βλητων ή κραζι αερων; ιχνον φλεβων. Quasi nervos, inquit, quos-
dam habent. Est autem nervus continuus, & fissilis, & long-
gus, qui que nulla cum alia parte committatur, neque quic-
quam ex se se edat; & qui habeat venas. Est enim nervi na-
tura, longitudo: & affectus, fissilitas, ex Aristotele; ex willis
enim sive filis factus. αεροφρενος, propterea quod in alias
partes non dividitur; neque cum ulla continuatur alterius
generis, sive naturae; quin etiam ne cum sua natura quidem.

Hoc autem est ἄεθαστον. Quia nullos ramos edit. Intellige
sane in plantis: namque in animalibus alia ratio est, atque
etiam in plantis ipsis diligentius contemplandum. Quod
vero dicit in fine definitionis: ὃς φλίβες: habet dubitatio-
nem. Nam mox autumat, venam esse nervo similem, quod ad
cæteras partes attinet: verum esse crassiorem. Si igitur cras-
sior est, quomodo à nervo continetur; pars enim ejus est.

Φανερός ἡ Φύσις αὐτῆς, ἢ ἀλλαῖς τε, καὶ τοῦτο τὸ περιεχόμενον δίζεισθαι. De carne agit: igitur aliquae nimis laxe posuit. Est enim à carne diversum quiddam. Ac in putaminibus quidem nucis extimis caro videtur quaqua versum apertilis. At in δίζεισθαι, ut in avellana, & pistaciis, & nuce myristica, atque alius quæ teguntur cute, non est carnis natura, sed cori, aut cutis: ut in longitudinem facilius ac promptius scindi queat. Cutem Theodorus, autoris fidem sequutus, transtulit.

Φλοις δὲ καὶ μέτρον κυρίων μὲν λίγεσται. Non semel testatur, partes ex se nomina non habere, sed ex animalibus mutuo sumere, ut carnis, nervi, vena. Nunc dicit φίλος τους dici κυρίων, sāne paulo imprudentior, quin potius ἀνθρώπως. ἀνθρώπησται γάρ εἰς τὸν οὐρανόν.

Οὗτοῦ Φύλακος σπουδεῖς καὶ ὑπόστημα. Folij institutio ex carne
& humore: Ergo folium non esset fissile, at multa sunt, ne
dicam omnia, propterea quod caro fissilis non est. Quare melius
& dicas, & sentias: folium constat ex vena, nervo, carne,
& humore.

Ka^ταπεριπολί μέν. Theodorus partes interpretatur, otiosus.
Nam cum dixit μίνσα; Ε^σ subiunxit, μέν Ε^σ dixit ρημαποιί: intellexit, quasi membra, ut μέν animalium, οὐ τύ-
μου: μέν εἰς τὸν καρδιῶν πόνον.

IOANNIS BODÆI A STAPEL. NOTE ET COMMENTARII.

A (ωδηγία) In utroque Aldino, & Basiliensi codice, legitur ἀνθρώπου, quod *infociale* vertunt. Corrigunt ex auctoritate Roberti Constantini Medici & litteratoris summi, ἀνθρώπου. Antiquam cur reijiciam lectionem caufam habeo nullam; nec novam cur magis probem, rationem video. Αὐτῷ βλαστού exponunt ἀνθρώπου, τὸν ἕκανεν. velut eodem libro reperitur, τὸν ἕκανεν αὐτόν. id est ut loquitur Plinius, *ad natūrā carentes*. Pollux lib. viii. αὔτοις δὲ τῆς ἀρπίδεων, τὸ δέπτης γάρ, ἵνα τῆς σκύφουσας τῶν κληρούσατο τῶν διερρωταὶ αὐτοῦ φύσις, ὃς εἴ τοι ἄπτε τὸν ἀνθρώπου, οὐ κατὰ τὴν Πλάτωνα, ἀναβλαστήματε, ἀνυψοῦμεν, καλέσται. Αὐτούς δέ στολονες sunt, vel ut Plinius ait, *mutilis fruticatio*; quod de nervo, nec dici potest, nec deberet. qui neque fert stolones, neque habet adnata. Αὐτῷ βλαστού cur dixerit Theophrastus, ex Doct. Scaligeri notis, lector facile cognoscere potest. Αὐτῷ βλαστού, germinis infacundum interprantur, præter rationem, & mentem Philosophi nostri. Germen dicitur surculus prægnans, qui ex arborum oculis nascitur, à generando dictus, quod sit generationis principium. Αὐτῷ βλαστού, verte, propagines nullas proferens. Sed hoc in animalibus, de nervis, à quibus similitudinem petendam docet, maximè de sextæ conjugationis nervo dici non potest. Quin etiam, pace Theophrasti dicere liceat, in ipsis plantis, nervi propagines nonnunquam haber. Sed facile hæc conciliabimus, si dicamus, ὡς εἰπή πολὺ, ita se rem habere. Ad prius, commodè dici potest; nervos in cerebro, unde originem trahunt, nullas ostendere propagines. Sed nec nervus plantæ ad

motum à natura, uti in animalibus, datus, sed ad quietem, consistentiam, & robur. Nervum definio; partem prælongam, continuam, fistilem, ceterisque partibus magis solidam, quæque à carne & vena facile dissociatur, ac funditur secundum longitudinem, quæque eodem modo in plantam universam fertur, quo vene, arteria, nervi in animalibus, sed tamen in quibusdam partibus magis, in alijs minus conspicitur. In caudice palmæ, & abietis intus; in tamalapatri, gentianæ, & plantaginis folijs, extra magis videtur, vocaturque costa.

Φλιβας) Vena dicitur, quod oblongum & cavum est, humorem in se continens, qui plantis alimento est. Venam, meatum aut cavitatem, licet vix conspicuam propter exilitatem, habere, ratione probari potest. Plurimæ siquidem plantæ, si incidentur, humorem reddunt; aliæ albū, ut papaver; aliæ luteum, ut chelidonia major; aliæ rubrū, ut anchusa. Maxima vero pars aquo viridive humore prædita, vid. c. xix. hujus lib. &c. I. lib. ix. ubi ex professio de humore agit. Theophrastus

Ex. x. ab ex profendo de humore agit Theophrastus.
Σύλλογος *Lignum in plantis durum & fissile. I. quod secundum rectitudinem fibrarum firmiter: constans ex nervo, & humore; in etiam ex crassiорibus tenuioribusque fibris, quas venas & nervos vocant. Nonnunquam, quod ante a caro erat, uti Theophrastus paulo post inquit, degenerat in lignum; ut ferulae caulis, & rhaphani radices; in quibus quam digni densitatem sunt adeptae, fibræ apparent; que dum carnis retinebant naturam, antea non apparebant.*

Caro est solida pars, qua in omnem dimensionem dividitur potest, ut terra & qua terrea sunt. talis in pluribus fructibus

fructibus sub cure, ac tegmine conspicitur; ut pyris, malis, prunis. Carnis genera tria in plantis botanici obseruant. Primum, quod humorem potius, quam carnem dixeris; quale in vitis, cerasi, morique fructu. Secundum, substantia etiam humidæ est, sed solidioris; quale pulpa pruni, mali, pyri. Tertium, cuius substantia est multo densior, & solidior, ut in lignorum genere, quam secare in omnem partem, non fecus ac si fibris careat, aptè licet; ut in pyro, & buxi radice. Carnem ex concreto humore fieri, iijdem judicant.

Carnem, inquit, medium inter nervum & venam esse. Viri Doctiss. & Philosophi summi pars de partibus iros regis φλογός, de cortice, non autem de carne, scripta existimant; ac vocem φλοιός, ex scribentis negligentiā omittam esse, contendūt; idque ex ipso Theophrasto probant, exemplo, quod de integumentorum corio adfert. Hoc inquiunt, cortex est tenuissimus, ex fibris, ut nostra cutis, contextus. Adde si media esset inter venam & nervum, non posset in omnem dimensionem dividi, ut terra, omniaque terrea.

Diximus) Latè accipi debet. uti infra cap. xvii. dice-
tur. Fructus enim alij dura , quidam molli, nonnulli
mediocri cute teguntur. alia lубstantia perfici , alia
juglandis, alia amygdali, alia cerasi.

Περὶ φρούτων) Theodorus fructum exponit; cum sit involucrum, quo fructus tegitur, uti ex præcedenti capite probatur; ubi fructum constare ait, semine & tegumento. Περὶ φρούτων, propriè est, pars fructus, quæ semen ambit, & protegit, adversus coeli, animaliumque injurias: ut in frumentis gluma, in leguminibus filqua, in castaneis echinatus cortex, in nucibus testa, in pomis cutis. Hic locus, semen plurimis involucris tegi, docet. Περὶ φρούτων, inquit, δίγματ. . I. integumentorū corijs. Alia enim semina unico, nonnulla duobus, quædam tribus teguntur involucris. Pulpa in ipsum σαρκόπορον vocari ex Theophrasto lib. iv. cap. II. de caulis probatur. ὅτε ὅτε εἰς σαρκόπορον, ut ea quæ in pulpa conclusa sunt. De interiori involucro, locum hunc intelligendum, vox δίγματος ostendit; quæ videtur extimam denotare cutem.

* Φλοίος). Corticem, definit Theophrastus partem ultiam, & à corpore separabilem. Cortex est, extimā plantae pars, & à corpore subjecto arte separabilis, instar crux, que ad tegendam plantam est destinata, medianam quasi inter nervum & venam naturam habens. Ac propriè quidem, corticem, vocant, regmen crassis: tegmen vero tenuis, cutem; qualis mori, fragorum, cerali, & similiū. Hoc, licet difficulter à subjecto corpore arte separetur, separari tamen potest. quamvis id à quibusdam negetur. Utrumque tegmen medianam naturam habet inter venam, & nervum.

Inter veniam, et reviam.
Matricem vocant, quod in medio ligni residet, ab aliquibus, cor, vocatur i. anima. quod augendi, nutriendi, gignendique principium, in hac parte cre- datur confidere. Quod licet in nonnullis conceda- mus, verum in omnibus non est. Alij, medullam voca- runt; crediderim, quod medium habeat locum. Ma- trix, in omnibus plantis, quæ sunt corpore denso, & compacto appetit. Constat inquit Theophrastus, ex carne & humore. quod in plerisque verum est, uti in sambuco, fico, salice; non in omnibus. Nam in plu- ribus arboribus, & fruticibus, ex fibris constat; uti in guajaco, ebeno, loto. estque in illis ligno non dissimi- lis, nisi quod multo sit densior.

δια τη φιλος) Aldinus, & Bafiliensis codex, habent,
δια φιλος. quam lectionem, etiam secutus est, Gaza,
nisi quod legerit, δια φιλος. utraque lectio spuria.
Theophrastus enim infra cap. xvii. folium ex nervo,
cortice, & carne constare ait. Experientia etiam, &
ratio docent, folium ex humore & carne tantum
non constare, fissile enim non esset; quia caro fissilis
non est. De foliorum natura capite citato plura.
Suberis corticem, ex humore & carne constare ait,
puta quod in omnem dimensionem facile frangatur;
ex solo tamen humore & carne constare noui
credo. Neque enim in totum nervis & venis caret.
Cap. viii. hujus libri, suberis corticem, carnosum in-
quit. Quare vulgatam lectionem legitimam esse
censeo.

KEΦ. E.

C A P. V.

Quid arbor, quid frutex, quid herba. De malva, beta, amerina, nuce avellana.

Επεὶ δὲ συμβαίνεις στοφέστερον εἶναι τῷ μάθητῳ
Διαιρέωμάν κατὰ εἰδή, καλώς ἔχει τοῦ τοπο-
εῖν, ἐφ' ὃν ἐνδεχεῖται. πεῖται δέ εἰτι καὶ μέρισμα Στοχε-
δὸν ὑφ' ὃν ταῦτα τὰ πλεῖστα τοπίονται πάθε. δέν-
δρον, θέρμην Θ., Φρύγειον, πόσα. δένδρον μὲν οὖν εἴτι τὸ
οὔπωτον, πο-
λύκλαδον.
† *lege γι-*
μιον δέ.
† μάτ. Al.
δότο δὲ ἡγεῖται μονοτέλεχες, πολύκλαδον, οὐκτὸν, σύκη
ἐναπόλυλυτον· οἷον ἑλαῖα, συκῆ, ἀμπελ. Θ.. † Φρύ-
γειον δέ, τὸ δότο δὲ ἡγεῖται Στολυτέλεχες, Στολύκλαδον.
τὸ μάτ. Al. οἷον, † Βάτ. Θ., παλίσηρ. Θ.. πάσῃ, πάντοτε δὲ ἡγεῖται Φυλ-
λοφόρον τεφεῖδον αὐτέλεχες, οὐ δικαλός σπερμοφό-
ρον· οἷον ὁ σῖτ. Θ., καὶ τὸ λάχανα. Μετὰ δὲ τοὺς ορους οὐ-
τῶς ἀποδέχεσθαι Σταμβαίνειν, ὡς τοπω, ὡς δὲτὴ τὴ
πάντα λεζαρδίας. εἴναι γάρ τοισι επιλάσταιν μόδει.
τὰ δὲτὴ τοῦτο τῷ αὐγωτῷ ἀλλοιώτερον γίνεται καὶ
† *lege ἐκ-*
βαινειν.
† μαλάχη,
τῇ Αργείᾳ.
Plin. lib.
19. cap. 4.
εἰτις αὐταῖς γράνται. πλείστον δὲτὴ τοῦτο γίνομέναι,
† Ald. Bas. κατὰ λόγον η τὸ πτίδοσις. ὅμοιως δὲτὴ τοῦτο
διπέδοσις.
† καναπάδιδων
Plin.
δέπτη.
τούτοις. Επί τοῦτα λαμβαίνει μέρεθ. Τοῦτο
μάλλον σύγν. Θ. καὶ τὸ παλίσηρ. Θ. καὶ ὁ κινθίος. ὁστε
ὅμολογυμένως ταῦτα γίνεται δένδρα. καί τοι θαμνάδη
είναι. οὐδὲ μύριν. Θ. μηδὲ αἰαναθαμβόμδη. Θ. σκη-
μνοῦται. καὶ Ήγκλεωπική καρύα δοκεῖ δὲτὴ τοῦτο
Επί τοῦ παρόπαν Βελτίω καὶ τολεία Φέρειν, εανὶ δὲτὸ δέδει
πις εἰσ ταλείσεις, ὡς τὸ Φύσεως θαμνάδης οὔσης. οὐ μο-
νοτέλεχες δέ αὐτὸς είσειν οὐδὲ μηλέα, οὐδὲ δέ τὸ οἴνα,

Sed cum doctrina evidentius tradi soleat; cum per species dividimus; recte hunc in modum agetur; ubique fieri possit. Sunt itaque prima & maxima & à quibus omnia penè aut certè plurima continentur; arbor, frutex, suffrutex, herba. Arbor est, quod ab radice, "caudice simplici, ramosum, nodosum, surculosum aut facilè dissolubile assurgat; ceu oleaficus, emittit, & vitis. Frutex, quod ab radice caudice multiplici + ramosumque se attollit; ut rubus, paliurus. Herba, quod ab radice foliatum sine caudice provenit; semenque caule fert: ut frumenta, & olera. Sed definitiones ita accipi probarique debent; ut notis ac lineamentis quibusdam quasi in universum à nobis subsignantur. Et enim non discrepare nonnulla suapte natura fortasse apparet. Quædam etiam ob culturam diversa effici, atque à sua natura discedere. Ut malva in altum se attollens atque in arborem transiens. Quippe ita fit. neque tempore longo, sed mensibus senis aut septenis: ita, ut longitudine crassitudineque instar hastæ possit grandescere. Quapropter commodè ad usum baculi venit. Tempore vero longiore exacto, pro ratione magis quoque incrementa capessit. Simili modo & beta: nam ea quoque ampliorem magnitudinem capit. Sed longè magis "amerina, paliurus, edera: ut proculdubio arbores hæ efficiantur; quamquam frutices sint. At myrtus, nisi saepius purgetur, in fruticem transit. Quin & nux avellana, quæ quidem & fructum meliorem copiosioremque feret, si quis plures + virgas reliquerit: ut quæ scilicet sua natura potius fruticosa sit. Neque malus vero, neque punica, neque pirus, neque denique ulla, quæ ab imis plantigera sit, + stolonera. caudice uno esse apparent: sed cultura cæteris abscessis utique

χόδε ή ἀπὸ εἰναῖς. χόδε ὅλως ὅσοι τῷ σχέλασικα δύτη
τῇ ρίζῶν, αὐλά τῇ ἀγωγῇ τοιαῦται, τῷ συρράμφῳ τῶν
ἄλλων. ἔνια σῆμα καὶ ἔως πολυστελέχη Διὸς λεπτότηται,
καθάπερ "ροιαῖ, μηλέαν. ἔως δὲ καὶ τὰς ἑλάτας κα-
τέλει εἰναῖς καὶ τὰς συκάς. τάχα σῆμα ἄντες Φαῖη, καὶ ὅλως
τὰς συκάς. μεγέθει καὶ μικρότητι δὲ εἴναι Διονύσειν ἔνια· τὰ δὲ, οἷοί
τοι deest Bas. ē πολύχρονο τηλ. τῶν τε ἡλίῳ Φρυγανώδῶν
καὶ λαχανώδῶν ἔνια μονοστελέχη, καὶ οἷον Μένδρης Φύσιν
εχοντα γίνεται· καθάπερ τὸ φανταστικόν· πήγανον· ὅτεν καὶ
καλύπτει πίνεις τὸ τριαῦται θεοντολάχανα. τὰ τε λαχα-
νώδη, πάντα ἡ τὰς τολεῖται, οἷον εὐκαταπεινη, λαμβά-
νει θύνας ὥστε αἰρέμονας, καὶ γίνεται τὸ ὄλον σὺν χήμαλ
σινθράδει· πλὴν ὅλης χρονικής τεχνης.

† lege
ράφων.

utique tales redduntur. Nonnullas etiam caudice dif-
fusas multiplici, causa exilitatis relinquimus, ut puni-
cam, ut malum. Oleas quoque & ficos multifidas di-
mittere assolent. Quin etiam magnitudine, parvita-
teque omnino dividenda nonnulla quispiam fortasse
censuerit, quedam etiam robore, imbecillitateque &
diuturnitate ac temporis brevitate. Quippe cum
tūrgultorum olerumque nonnulla caudice uno con-
tūrgultorum olerumque nonnulla caudice uno con-
sistant; & arboris quasi naturam adipisci spectentur:
ut τὸ radix, ut ruta. Quamobrem ejusmodi olera non-
nulli "olerarbores vocant: & quidem omnia olerum
genera certe aut plurima, cum permanferint, quasi
ramos quosdam capeffunt; totaque in arboris figu-
res. cum.
Brassica.
λανθάνη
χανα, quasi
oleris arbō-
res.

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

SΑΦΙΣΕΓγιναὶ τῶν μαθητῶν Διονύσουν κατὰ ἔδη. **S**en-
tientia notanda. Subiectum namque genus est, quod
ubi divisim in species, τοιαῦται etiam prius: tum autem accidentia
à specie propria, à genere communia. Hec autem sunt pra-
cepta, quibus ad scientiam animum comparamus. Dixit,
καὶ ξέδη ὑψ' ὡς τάπιτα τὰ τλεῖται φύλακται. Nota ξέδη, τοιαῦται,
τὰ τλεῖται. Non dixit τὰ τάπιτα, propter tubera, τοιαῦται talia.
Perstat in ea sententia, qua dicebat: plantarum cognitio-
nem, πολύχρονον. Notabili etiam sexus diversos Atticē, Σαφισ-
εγγιναὶ τῶν μαθητῶν.

Dίδρον, οὐχι τότε. Theodorus, nodosum, surculosum, duabus
vocabis huius, unam. At enim vero multæ arbore's enodes sunt:
quare in definitione arbore's reponi nequeat nodus. Ramum
potius robustum dicat hic. Adaddit Theodorus de suo, assur-
gat, proprio tamen significatu assurgimus alijs. Quintam de
arboreis procerioribus tantum dicimus, surgere, surrigere;
ac primo quidem ac puro usu, non nisi de rectis. Cum sedem-
ens, recti non sumus, sed angulos facimus: cum surgimus,
recti evadimus.

Φρύγανον δὲ τοιαῦται. Cum proposuit quatuor partes: non pro-
sequitur nisi tres. Si non est in codice mendum, est culpa in
auctore. Φρύγανον, Latinè virgulum valde commode potes-
scere. Græci à comburendo nomen invenero. Itaque in libris
τελεονομίαι invenias in alia voce eundem significatum
τελεονομία. Item apud Serapionem. Arabes enim sua lingua
τοιαῦται indicant. Virgulta, inquit, que ad ignarium legun-
eum usum. Definitione autem Φρύγανον, hic falsa est. Sanè novi-
mus Φρύγανον, μοριάτες. Quod autem est πολυστελέχη, θάμνος
id est, frequentia stipitem. Notabili alteram inter haec dif-
ferentiam, namque singulari stipes, si ita modicus sit, ut
Φρύγανον, videri queat: non erit Φρύγανον, nisi intereat
quotannis: sed arbor. Ab arbore enim non differt natura
substantiae, sed quantitatis: cuiusmodi sunt pumilæ pomi,
τοιαῦται genera nonnulla. At θάμνος utroque in genere
accipitur, tam earum que intereunt citra annum, quam que
durant diutius: durat genista, τοιαῦται palurus, τοιαῦται non durat
pœonia, que aliqui θάμνος est, ab una radice frequentibus
caulibus. Adhuc habet τοιαῦται differentiam, quia θάμνος
aliquis evadit arbor cultu. Herba vero differt ab his ultima
illa τοιαῦται propria differentia, quod folia ab radice protinus
emittit. Neque vero de essentia herba est, intra annum in-
terire, durat enim cervina lingua: iccirco errarunt, qui ita
censuerunt. Neque caulis de essentia herbe. Quapropter hoc
locum Theophrasti sententia moderabere: τοιαῦται αὐτομοφόροι.
Neque enim, id est, tanquam in definitione, sed tanquam in
divisione, ad hunc modum. Herba alia fert caulem, alia non.
Nota αὐτομοφόροι, in neutro genere, non autem αὐτομοφόροι:
quia, τοι, facit conversionem propositionis. Sanè non dices,
τοιαῦται est, τοι πολυτοῦ: sed, τοι λατεῖται: sic, nihil in herba
semen fert, quin sit caulis. Considerabis acutius in ea, que
appellatur Centumgrana, faciliter deprehendens in chama-
leone albo, qui cum sine caule sit, at in acano semen fert.
Animadvertes in definitione herbe, τοιαῦται αὐτομοφόροι. Nam
lactucam, uti dicebamus, cum sevimus, quo tempore pridem
sata semen ferre debebat, non solum cum caule egressam,

verum etiam cum semine vidimus. Præterea id omittendum
non est, ab radice statim ipsa etiam arbores duobus prodire
folijs. Sunt enim ea folia non ejusdem generis, quo ea, que
postea videamus hærente, sed è substantia, ac pulpa seminis po-
tius, qua id unde arbor exit, includitur.

Διὸ τοιαῦται τέττας δοπτεράδων. Veretur optimus philosophus
quicquam statuere, quod reprehendi queat: quippe cum ma-
teria sit πολύχρονη, ut dicebat.

Εἴη τοιαῦται ἐπικαλλίθεος θάμνος. τοιαῦται τοιαῦται αὐτομοφόροι, τοιαῦται φύτα. Reddit rationem, quare
definitiones hasce precipiat fibrose potius, quam exacte acci-
piendas. Et signate dixit, θάμνος: non autem isti. Alia vero
etiam cultu mutantur: ut corylus, myrtus, punica. Dicit,
θάμνος: quia non erunt revera, sed opinione. Prunus enim ab
radice stolones cum emittat, nequaquam propterea θάμνος
erit, vera namque arbor est. Εἴπαντες, Theodorus discre-
pare: potius mutari, ita ut duplex mutatio sit. Una sponte:
declaratur per επικαλλίθεον, in quo usus activa voce est, ut in-
telligeres intus esse principia actionis. Altera mutatio,
τοιαῦται αὐτομοφόροι, cultu, τοιαῦται: iccirco dixit, λατεῖται, in pas-
sivo: mutat sponte malva. Est hoc exemplum prioris argu-
menti: herbæ namque exiit sibi clem, atque arborescit. Brassi-
cam vidimus nos octonum pedum, ex qua in sodalitate
nostra exempta folio τεξι humeros quasi justa penula. αὐτομοφόροι
simplici significatu sonat curam, cultum. Sic mox: αὐταὶ τοιαῦται
τοιαῦται πινακίδες, πρεpositio τοιαῦται, indicat motum ab efficiente,
τοιαῦται clariss: τοιαῦται τοιαῦται αὐτομοφόροι.

Quod ait Theophrastus, avellanam plures, ac meliores
ferre fructus sicut frequentiores virgas reliquerit: verum
esse compirimus nos. Caussam reddit: propere quod natura
sua θαμνώδης sit: at contra, punica. Si igitur uirgaque θαμνώ-
δης, τοιαῦται purgata stolonibus meliores fructus gerit.
Non videtur bona ratio, que alteri conveniat, alteri non.

Εἴσται τοιαῦται ιδάτας, τοιαῦται, τοιαῦται συγγένεια. Theodorus omisit,
τοιαῦται ιδάτας. Τοιαῦται interpretatur ιδάτας συγγένεια, multifidas
ficus. Verum multifidae verbum, τοιαῦται ιδάτας, non respon-
det, sed cæduam potius dixeris, iccirco autem cedue sunt, quia
τοιαῦται.

Πολυγονοτητη. Theodorus, diuturnitate: tum addit de suo,
ac temporis brevitate: superfluo. Diuturnum enim hic re-
lativum est. Comparat enim per distinctionem: ergo altera
pars antevertetur temporis brevitate. Ita Theodorus bre-
vitas vocabulo Theophrasti brevitatem contaminavit.

Τοιαῦται Φρύγανον. Mirificus hic Theophrastus, qui
cum θάμνον, τοιαῦται diversa agnoverit: τοιαῦται Φρύγανον supra
malè definierit per πολυτοῦ: nunc perseveret ita in defi-
nitione, ut uirumque confundat. Dicit enim, θάμνον μονοστελέχη.
ergo θάμνον πολυτοῦ, sanè de θάμνον malè.

Τοιαῦται. Theodorus, radix, usitatè, sed minus caute:
namque de radicibus, τοιαῦται caulibus, τοιαῦται ramis, cum agamus hic:
nunquam raphanum plantæ speciem, radicem partis nomine
vocabo: nunquam brassicam, caulem, eadem ratione.

Διονύσου. Theodorus, oleris arboreis. Katapanón, per-
manserit, Theodo. recte: sic M. Tullius in Philippicis. Ille
mos à Cecrope permanserit.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Caput hoc depravatum valde est, vel negligenter reus ipse Theophrastus. Promittit enim se acturum de arboris, fruticis, suffruticis, & herbae definitione, ac natura; cum tantum de tribus, arbore, herba, ac frutice, (& de hoc quidem confusè & perturbat admodum) agat. Quæ res facit, ut audacter afferere ausim, codicem mendosum & laceraum esse. Auctor libelli de plantis, quatuor genera plantarum tradit, lib. i. cap. iv. καὶ πάλιν τὸν φυτὸν εἰσι τὰ ξύλα, πάλιν μέσον τὰ βοτάνων, πάλιν δὲ τὸν μερικόντα τὰ φυτά της τετρατοντας ὄντας. Id est: Plantarum aliae arbores sunt, aliae inter arbores & herbas mediae, & frutices dicuntur, aliae herbæ sunt, aliae olera: & plantæ fere omnes sub hæc nomina cadunt. Nos singula examinabimus.

Δίδογν μδ'.) Arborēm definit Theophrastus, quod à radice stipitem singularem emitit, qui caudex vocatur, & in multis postea ramos majores finditur, deinde in multiplices ramulos, sive minores ramulos, quodque non facile dissolvi potest. Sic verba Theophrasti vertenda sunt, quæ male doctissimus Gaza interpretatus est. O' ζωτὸς ramos vero majores. Supra enim, cap. II. ἀρπίμονας, majores ramos, οἵσαι vocari, tradit Theophrastus. Gaza nodosum vertit, id vocem ζωτὸς significare, negari non potest. Hoc sensu accipitur cap. XIII. hujus libri; ubi arbores nodosas, & enodes dicit. Enodes si dentur arbores, in definitione arboris, nodus ponit non debet. Vide cap. cirat. ubi quomodo enodis dicitur arbor, docet. Πολυκλαδοί minores ramulos, surculos, interpretatus sum. ηλλος enim supra cap. II. τὸ βλαστόν exponit præceptor; ubi caudicem delineat. Hoc sensu etiam accipitur apud Aristotelem, οὐ γὰρ δέχεται τὸ οἴδητον κατὰ τὸν καθάρον, αὐτὸν δὲ τὴν μέσον. τὸν ιαπόλατον, cur aut facile dissolubile, reddant, ignoro. τὸν particulam negativam esse, extra controversiam est. Fortassis typographicum est mendum. Scriptit Doctiss. interpres, haud facile dissolubile, quod mutarunt in aut. Per solutu contumacem, si illud intelligat, quod difficile rumpitur, res est quæ in humili quoque plantarū genere junco & genistæ convenit. Non convenit tamen styraci, quæ est arbor, fractu facillima. Ad hanc objectiōnem responderi solet; styracem, respectu herbæ, vel alterius generis, fractu quidem contumacem esse: sed in arborum genere, maximè fragilem. Quod verò in herbarum genere quædam reperiantur, quæ fractu sunt contumacia, non inde sequitur, arborum naturam talem non esse; nec Theophrastus herbas fractu contumacæ negavit. Objicitur præterea, ficut, & oleam natura sua multiplicem producere caulem, nec simplicem habere caudicem, nisi arte resectis stolonibus. Respondeo, pro arboribus non haberi, antequam resecti sunt stolones, arborisque naturam assumpserint. Vel à Theophrasto inter arbores recenserit, quod facile arboris naturam assumant, si cultus adhibeat; ut hoc eodem capite docet. Auctor libelli de plantis, falsò Aristotelii attributi, alias dat arboris delineationem. πάλιν εἰσι ξύλα, ἄπειραν οὐκ τῆς οὐσίας πίζες φύτεον, οὐδὲ ψόνται εἰς άντρας ηλάδοι πολλοί, οὐ συκοί, οὐδὲ ἐλάταις. πάλιν δὲ εἰς. Sunt item arbores quæ suā radice stipitem habent, & nascuntur ex eo rami multi, ut oleæ & fici; aliae vero non habent. Recte fecisset, si arboris nomen apposuisset, quæ ramis caret. Καρυζίανος, quod scribit stipitem à propriâ radice, produceretur caudex. Unde quæso, si non à radice, & à quâ radice, si non à propriâ? Nec ex stipite ηλάδαι, si vox propriæ sumatur, sed ἀρπίμονας, & ex ijs ηλάδαι. Recentiores hanc tradunt arboris definitionem: Arbor est, Planta lignosa, crassitudine & altitudine inter omnes maxima, cui caudex pro superficie est, perennis, & naturâ simplex, qui in multos ramos majores, & dein ramulos multiplices finditur, ut prus, abies.

Φεύγων.) Recte Gaza ἀντὶ φεύγων, θάμνος legit. quod ex fine hujus capituli probatur. Ubi ait, τὸν τε φρυγανῶν τὸν μονοτελέον, si quidam suffrutices singulari caudice constant, malè definit, ac dixit πολυτίκης οὐδὲ πολυκλαδοί φρυγανῶν. Lego itaque θάμνος. Fruticem ait multis à radice caudicibus ramisque constare. Eandem ferme definitionem habes apud autorem libelli de

Plantis. πάλιν εἰσι ηλάδαι φυτά, μίσον, οἰς ἐποιήθη, οἰνόφρων τῷ βοτάνων μικρῶν, τὰ λεγάνθρα δάμνους, οἰχοτέρας τοῖς μίσοις αὐτῶν πολλὰς κλαδούς, οἷς τὰ λεγάνθρα δάμνοι τῷ βοτάνῳ. Id est, sunt & plantæ, inter arbores & herbas minutæ, mediæ, in radicibus suis multos ramos habentes, ut quæ dicuntur, vitex & rubus. Hæc definitio si bona, sub eodem genere, serpyllum, abrotanumque, cum malo punica, & vitice erunt. His enim omnibus stipitum numerosa soboles a radice: olera etiam, ut mox dicam, frutices erunt. Recentiores hanc fruticis dant definitionem: Frutex est stirps inter lignosas altitudine, & crassitudine mediecris, cui pro superficie stipes perennis, natura multiplex, quæque facile in naturam arborum, stolonum abscissione transcendent, ut paliurus, punica &c.

Φεύγων.) Διὸ τῷ φεύγει & φεύγει. Hac voce omnia fermentosa, minuta, arida, & secca ligna, ignisque fomenta, sive ad cremandum facilia, continentur. Hesychius φεύγων, ὑπὸ λεπτῶν, τῇ ἔνεστι, lignum tenuē & siccum. Gaza in lib. de cauf. ignaria vertit. Recentiores Græci, inter quos Geoponicon autor, Cassianus Bassus, quem alij Constantinus Cæsarem falso appellant, ινφλεκτη, ινκρηπηλα. Latini à cremando, cremenum dicunt. vide Columellam lib. XII. cap. IX. ubi cremenum rusticos nominare dicit, lignum aridum & minutum. Hoc sensu φρυγάνη vox accipitur lib. XI. de cauf. cap. x. versu τὸν δὲ ὅν &c. In plantarum genere Theodorus novo, nō tamen contemnendo vocabulo suffruticem vertit. φρυγάνη sive suffruticis, vel, ut alijs malunt, cremenij definitio, quæ sequi debuerat, perijt. Damnum illud ex lib. VI. Hist. Cap. I. aliquo modo refarciri potest. Ubi suffruticem sive cremenum scribit, ad arboris, fruticisque naturam accedere, quia lignosum est; præterea minutis constare folijs; ut rosa, helenium, serpyllum, sampsuchum, Iovis flos, abrotanum &c. Negant viri doctissimi rosas ferre folia minuta, sive tenuia; asserunt helenium folia gerere amplissima; caulem esse carnosum more herbarum, nec lignosum antequam exaruerit. Non intelligit vulgatam centifoliam rosam Theophrastus, sed sylvestrem; qualis apud Batavos, locis siccis & arenosis, quæ Dupnen vocantur, provenit. hæc odoratissima, spinosissima, minutisque satis folijs. Nec helenium vulgare inter suffrutices numerat, sed Ægyptium & coronarium: huic nec caulis carnosus, nec folia ampla. Aliam ab hac longè diversam philosophus summus φρυγάνη dat definitionem. Suffruticem ait, quod unicum stipitem ilico a radice emittit, post bina illa folia, quæ in cunctis plantis, (palmam sive, ut loquuntur, dactylium excipe, qui unico prodit folio, ut anno 1632. observavi) ilico e seminis pulpâ produnt. ab arbore differre magnitudine, siquidem multo minus suffrutex arbore est, aliquot etiā annuo interitu, ut agrimonias, & multa alia unicaulia quæ intereunt; item differre a frutice stipitis unitate; ab herba, quod hæc post duo illa folia, illico e semine enata, alia insuper producat, & procedente tempore etiam stipitem, in nonnullis singularem in alijs multiplicem, in quibusdam nullum. Ingeniosa hæc, & distincta satis, philologoque digna definitio; sed non ex mente & sententia, ut imaginatur, Theophrasti. Nam eodem hoc capite circa finem ait τὸν τε φρυγανῶν τῇ λαχανικῶν τοια μοροστάχη. Ex quibus appareret, non omnes, sed quosdam tantum suffrutices unicaules esse. Alij suffruticem ab herba distinguunt vivendi tempore, plures enim annos suffruticē vivere, aut radice tantū, ut ferulacea, umbelliferaque, quorum caulis, & folia radice superstite, quotannis perennunt: aut etiā caule foliisque, ut ruta. Non satis idonea videtur hæc distinctio. Nam non pauci frutices, & folio, & radice, & caule supersunt; omnes caulem radicemque perpetuo viventem habent. Nec omnis, ut mox latius dicam, herba quotannis interit, acetosa perpetuo viret, & quolibet anni tempore viola reperitur. Auctor libelli de Plant. φρυγάνη non meminit; sed ejus loco λαχανά dat delineationē. λαχανά ἐστι, τὰ ἔχοντα πολλοὺς φίτευς εἰς μίσον πίζες, οὐ πολλοὺς κλαδούς οἷς τὸ πήγανον, οἱ κορύφαι, οὐ τὰ πικρά, olera sunt quæ multos stipites habent ex una radice, & multos ramos, ut ruta, & brassica, & ejusmodi. λαχανά voce si intelligat τὰ περιττά λεπτά, quæ usui ciboque quotidiano inserviunt, fallitur,

fallitur, & ex olerum genere separat lactucam. Unicum tantum hæc habet stipitem, & olerum est præstantissima. Quis etiam brassicam multiplici caule à terra exire obseruavit? aut si quis id aliquando obseruavit, eritne id connatum brassicæ speciei, quod in eâ semel spectatur? Quin & olera, si hanc sequamur definitionem, frutices erunt. *τεῖτος*, ut ipse ait, multis est à terrâ stipibus. Si vero λαζαρίνον voce φέρεται intelligit, multum à vero abest. Nam nec brassicæ, nec lactucæ folia parva, sed utriusque fatis ampla. Nec omnes suffrutices plures à radice stipites emitunt; quod nec olera faciunt, quemadmodum circa finem hujus capitii docet Theophrastus. Ex antiquorum sententia, suffrutex est, stirps, minime inter lignosas & crassitudinis & altitudinis, caudice perenni, interdum simplici, nonnunquam multiplici, farmentaceo; folio minuto & tenui. Ut rosmarinum coronariū, lavendula, rosa sylvestris.

Αἰσιάξεις.) Si propriè hæc vox sumatur, ut supra cap. II. pro arborum caule, nihil notatu dignū scribit. Nemo enim non crederet, herbas, arboreo carere caudice: si neglectā propriā significatione, ad communem transferatur, & simpliciter caulis exponatur; mira in codice reperietur controversia. Nam eandem quam definit herbam, in caule semen ferre, ait. Paulo diligentius si verba Philosophi nostri examinentur, optimam tradit definitionem. *αἰσιάξεις*, inquit, id est, cum primum provenit, caulem non promittit. Hic itaque sensus: prodire herbam primum fine caule, suo tamen tempore ipsum ferre, in eoque infidere semen. Quod verissimum est, & rectè hoc ipso, ab aliis generibus, distinguitur herba. Post bina enim folia, quæ ex semine prodeunt, foliis proferendis dat operam; postea vero caulem suo tempore edit: contra vero in arbore, frutice, & suffrutice caulis primum, & ab ipso statim initio erumpit. Hæc definitio, non videtur omni ex parte satisfacere. Omnes enim herbæ caulem non videntur producere. carent caule hemionitis, phyllitis, chamæleon albus, filicis quædam genera. Folia non ferunt cassutha, epiphyllum, tubera. Radicem, non habent conspicuum eadem cassutha, fungus. Hæc si in herbarum non sunt serie, in quo alio reponantur genere, non habent. Etenim nec ad arbores, nec ad frutices, nec ad suffrutices referri possunt. Ad hæc alij aliter atque alter responderent. Quidam codicem mancum & lacrum dicunt, particulamque quandam desiderari: malunt alij in hemionite, & phyllite pediculum, quo folium sustinetur, caulis esse loco. Chamæleon albus caule non omnino caret; sed exiguum illum, & nisi diligenter attendatur, non conspicuum habet. Ad reliqua respondent: plantas alias perfectas esse; imperfectas alias. Perfectæ sunt, quæ evidenter superficiem & radicem habent: imperfectæ, quibus alterum horum vel obscurissime, vel verè non ineat. Carent fungi folijs, caule, & radice, radice sola Epithymum, viscum & similes plantæ. Contra tubera nihil aliud sunt, quam radices. Qua de causa *αἴσιαξεις* nuncupantur; quod nullam faciunt umbram, aut foliis, aut stipite. Hæc & similia, excrementa potius terræ, plantarumque dici merentur, quam plantæ; quæ tamen plantarum more crescent & nutriuntur. Nec hæc ignoravit Theophrastus. Nam cum quatuor plantarum genera describit, non omnia, sed aut omnia, aut plurima, se illis complexum scribit. Contrarium heiba definitionē tradit auctor libelli de plant. *Εἰσὶ δὲ τοῦ βόλεων, πηγὴ τὸν ἔχειν φύγειν τὸν τῆς δικεῖας φύλον, οὐδὲ τὸ διχρυστικὸν φίλεστον φύλλα, καὶ παῖς μὴ, καὶ πᾶν ἐπειδὴ θύμωνται, καὶ ξεγνοῦται, ὡς εἰπεῖται καὶ τὸ διδοθάλασσα, παῖς οὐδὲ οὐ.* Sunt & herbeæ quæstipitem è radice suâ non habent, sed folia mox producunt; quedam quotannis gigantur & siccantur, ut triticum & similia; quedam perpetuant. In herbarum sensu, quedam stirpes perpetuas, quedam annuas esse, extra controversiam est. Scio doctissimum virum, herbam vocare, quod postquam semen perficit

moritur ex toto, ut fruges, & olera plurima. Sed hanc definitionem omnino improbamus; quippe per quam ex herbarū genere, multæ bulbosæ plantæ recipiuntur, quas Theophrastus, totaque Botanicorum schola, herbas vocat. Hyacinthi, narcissi, tulipæ, anemones, perennant radices, primoque vere nova producunt folia, caules, & flores, & tamen à Theophrasto inter herbas numerantur, nec alio referri possunt. Negat suppositius Aristoteles herbas caulem ferre; cum beta, malva, lopathum & ejus generis innumera caulem ferant, & tamen herbæ sunt. Sed hæc olera dicit: concedo. At tulipa, narcissus, hyacinthus, orchis cæteraque bulbosa, caulem ferunt; herbas tamen esse negari non potest. Ex veterum sententia hoc ferè modo herba delineatur: Herba est, cuius superficies est, ex folijs tantum, ut phyllitis, hemionitis; vel etiam ex caule, sed illo annuo, carnosâ, & qui diutius durare nequit, lignosusque non est, nisi cum exaruerit, ut beta, malva. Videat Lector cap. I. lib. VII.

Οἰον.) Plinius lib. xix. cap. IV. *οἰον* cō τῇ Αἴσιαξεις μαλάχη, legit: *Quædam vocabimus ferulacea, ut anethum, malvas.* (quo nomine malva ferulacea dici possit, non video) Namque tradunt autores in Arabia malvas septimo mense arborescere, baculorum usum præbere extemplo. Idem Plinius non τεύτλων, sed καναβάδων legit, vel malè interpretatus est πτυτλῶν. *In simili*, inquit, genere, habebitur cannabis.

Ράβδος.) Stolones interpretot; idque ne sibi ipsi contradiceret Theophrastus Libro II. de Plantarum cauiss cap. XVIII. ubi locum hunc exponens, arborem virginis præcisus reddi fœcundiem, ait. Itaque hoc loco πάρδος malui interpretari πρόσφραδος, &c. Quæ sequuntur, stolones interpretandum, non minus indicant. Inquit enim, ideo reliquendos stolones, quia natura sunt fruticosæ. Possunt & loca illa conciliari; si dicamus, Theophrastū lib. de cauſ. loqui de adultâ plantâ: hoc vero loco de non adultâ, sed novellâ. Plantæ enim quæ arboris naturam induunt, vel induere possunt, si stolones plures reliqueris, fruticis naturam servabunt. Experientia verum esse docet, quod Theophrastus de avellana tradit. Hujus rei causam, ex sententia Theophrasti putat Doctiss. vir, quod natura sua avellana sit παραδός. At contra, inquit, punica. Si ergo utraque παραδός, & punica purgata stolones, meliores fructus gerit, non videtur bona ratio, quæ alteri condeniat, alteri non. Atqui non dicit Theophrastus, fœcundiem esse, quia natura sua frutex est; sed idcirco plures reliquendos stolones. Cur punica arbor, & avellana frutex, meliores & plures fructus proferat, hæc cauſa est. In punica quidem; quia succo abundant plurimo, partim cocto & crasso, partim tenui, & crudo. Pars, puta cruda & tenuis mittitur in ramos, folia &c. sed crassa & cocta servatur ad fructus producendos & nutriendos. Avellana, succo non scatet, ideoque in aquosis fructum ferre meliorem, ait Theophrastus. Arbor itaque facta, consumitur humor, & fructui non servatur; & hæc cauſa, cur punica arbor, & avellana frutex, sit fœcundior.

Γονιδ.) Quod πούρος, & non πούρος lego, facit Galenus; qui lib. II. de alim. fac. cap. XXII. inquit *εἰσὶ δὲ Αἴσιαξεις ιδεῖς αὐτῷ τὸ ιατρὸν τὸν πούρον τὸν πούρον τὸν πούρον τὸν πούρον τὸν πούρον*.

Ράφανος.) Legē πάρφανος. Nam radix, quam Græci recentiores πάρφανοι, uti suo loco latius dicam, vocant, nec unicaulis, nec arboris naturam assumit. secus brassica.

Ἐώσις οὐδὲ ιλαῖτος, κριτίδης, καὶ τὰς σύκας.) Theod. legit *ἴωσις οὐδὲ ιλαῖτος, κριτίδης, τὰς σύκας.* Sic etiam in margine codicis Basileensis legitur. Rectè legit ιλαῖτος. Nam ιλαῖτο, sive abies, nunquam visa πολυτιλέχει, nullas soboles vel stolones habet, singulare affurgit caudice, contra olea non raro, præsertim tenella, & nondum adulta, plures habet à radice stipites. κριτίς arbor cædua. Hesych. *κριτίδης.* τὰς πολυτιλέχεις οἰνόρρα, κριτίδης σῦκα.

Arborum aliae urbanae, aliae sylvestres, aliae fructiferae, aliae steriles, aliae floriferae, aliae flore carentes. De agro Elephantio.

Διὰ δὴ πεῦπον, ὡσπερ ἐλέγομδι, τὸν ἀκριβο-
λογητέον τῷ οὖται, αἷλα τῷ τυπωφ ληπίδον τὸς
ἀφορμοὺς, ἐπεὶ καὶ τὰς Διαφέρεσσις ὄμοιας: οἷον,
ἡμέρων, αἰχμῶν, καρποφόρων, αἴραρπων, αὐθοφό-
ρων, αὐδοφων, αἴρεψιλλων, Φυλλοβόλων. τὰ μὲν γάρ
ἄχρια ἐνημέρων τῷ τύπῳ εἶναι σίκει· τὰν
γάρ άχριον καὶ ἡμέρων Φυσιον Ι πεῖπον γίνεται, τογχά-
νον καὶ μὴ τογχανον δεσπότεις. ἀκαρπα δὲ καὶ καρ-
πωφ, καὶ καρποφόρες ἀγηθοφόρες τέτοιπες καὶ τὸν
αἴρεψιν αἰνέσθαι. τὸν αὐτὸν δὲ τερόπον καὶ Φυλλο-
βόλα, καὶ αἴρεψιλλα. τῷ γάρ Ελεφαντίνων, γάρ τὰς
ἀμπέλους, γάρ τὰς συκᾶς Φασι Φυλλοβόλειν. αἱλα
ὄμοιας τοῖς αὐτοῖς αἰρετέον. ἔχει γάρ της Φύσεως
καὶ οὐδὲν διένδροις καὶ θάμνοις καὶ τοῖς Φρυγανι-
κοῖς καὶ πώδεσιν. Καὶ εἰρῶν Εἰ τὰς αἵτιας ὅταν τις λέ-
γῃ. τοῦτο πάντων καὶ μὴ σημανότο λεκτέον, γάρ οὐτι-
ζονται καὶ ἔκαστον. Βύλογον γάρ καὶ τὰς τιτιάσκοντας
εἶναι πάντων. αἴμα γάρ καὶ Φαίνεται τινα ἔχειν Φυσι-
κοὺς Διαφόρους Σῆμας ἢτι τὸν άχριαν καὶ τῶν ημέρων,
εἴπερ εἴναι μὴ σημαντικὸν αὐτὸν δεσπότεις. ὡσπερ
τὸν δὲ μὲν τὸν Φρυγανικὸν καὶ πωδάν οἷον καπ-
παρις καὶ θέρμη. Ημέρων δὲ καὶ άχριον δίκαιαν καλεῖν,
τὸν αἴρεψιλλα καὶ οὐλως τοὺς τὸν ημέρων. οὐ δὲ αἴ-
ρεψιν τε πεῖπον τὸν αἴρεψιλλα. Θρωματοῦ, ημέρων η μάλιστα ημέρων.
Basil. in
margin. κίσασεν.

† πεῖπος
Basil.

† πεῖπος
Basil. in
margin. κίσασεν.

† αἴρεψιλλα
τοὺς τε πεῖ-
πος καὶ οὐλως.
Basil.

IVLII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Aὐτὸν τὸν καρπόνα, ἐν φροφίσσῃ ἀγηθοφόρῳ, τῷ τύπῳ τούτῳ, καὶ
τὸν αἴρεψιλλα. Theod. steriles, Εὶ fructiferae, Εὶ floriferae, Εὶ floris exortes: sanè lectio diversa, nec vi-
detur codex Theophrast. satis moderatus. Nam φρεσκά: superfluo alterum posuit: brevitas tamen Εὶ veritas
hic sunt conjunctæ. Theodori autem diligentia simul Εὶ sagit verbis, Εὶ deficitur sententia Theophrasti. Fatemur
τὰ fructū, quam etiam florem quibusdam in arboribus ob-
aëris diversum temperamentum desiderari. Hoc explicat
Theodori oratio; at Theophrastus hoc amplius: αἴρηται φόρος, οὐ πεῖπον τὸν φυτῶν τινὰ
quia florū tenuis quædam arboreis aliquibus in regionib[us] promoveant. Verum i[st]i flores τὸν εἰσὶ φρεσκόφοροι. Ita igitur
intendit, οὐδέτερα τούτη καρπία. Præterea αἴρηται φρεσκόφορος, Εὶ contraria difficultatibus impediri.
Εὶ φυλλοβόλα, καὶ αἴρεψιλλα, felices compositiones. Frondiper-

de, fronditene, consuetudine quam arte duriores.

Ἐχει γάρ την φύσεως καὶ οὐδὲν. Σύπρα negabat membrum com-
mune esse plantis: ut animalibus, os, ventriculum. Hic sta-
tuit naturam communem.

Λάσπον. Celastrum corrigit Theodorus.

Dicit, capparim deteriore reddi cultu. hoc falsum scimus
nos: item lupinos Εὶ grandiores evadere, Εὶ mitiores, Εὶ
coctilibiores.

Ημερογν. Declarat, quid intelligit ea voce. Mite, inter-
pretamur malè: nam quædam in hortis sunt aspera, ut rosa:
quædam εἰ sylvestribus mollissima, ut centunculus. Ait ipse,
qua humano cultu dominantur, ea esse ημέρα: propterea quod
homo, ημέρα, aut solus, aut princeps. Theod. Plinium suo
more secutus, urbanum interpretatur. At enim vero ημέρα^η
illa rusticæ sunt, etiam antea quamvis urbem conditam.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Αλιαρίστεις.) Aliam, ab hac, in multis diversam divi-
sionem, habes apud autorem libell. de Plantis.
Πάλιν τὸ φυτόν, τὰ μὲν εἰσὶ κατοικία, τὰ δὲ κηπαῖς, καὶ ἄπειρα
ἄγρα, τινὲς τετράποδοι εἰσὶ λεπροφόροι οὐχιας καὶ ἄλλα φυτῶν τῶν τοιωτερά
ἄγρα, διτὶ τοῖς εἰσὶν εἰς τηταῖς τετραπόδης. πάλιν τὸ φυτόν τινὰ
μὲν ποιεῖται κηρωτός, τινὰ δὲ οὐ, αἱς ιτέας, καὶ τινὰ εἴδη δρυῶν. καὶ τινὰ
μὲν ποιεῖται κηρωτός, τινὰ δὲ οὐχι. καὶ τινὰ μὲν ποιεῖται φύλλα, τινὰ
δὲ οὐ. καὶ τινῶν πίπτουν τὰ φύλλα, τινῶν δὲ οὐ. Εἰ τοιὶ μὲν γίνονται
κλάδοι, τινῶν δὲ οὐ. τοιὶ Διαφόρους γεωῦ τῶν φυτῶν σὶ μεγάθει καὶ
σμικρότερη, σὶ οὐρανότερη, καὶ άποφύλα, σὶ χειροτεττει κηρωτόν, Εὶ κακία
πολλὰ εἰσὶν ίππει. Plantarum quoque alia domestica, alia hor-
tentis Εὶ alia sylvestris, ad quem modum verd pyros Εὶ alias
ejusmodi plantarum species sylvestres appellare consuevi-
mus, quia culturam nullam acceperunt. Rursum planta-
rum aliae fructū faciunt, aliae non faciunt, velutis salices Εὶ
nonnullæ querucum species; quædam oleum faciunt, quædam
non; aliae folia producunt, aliae non; Εὶ aliarum folia decidere

solen, aliarum non. Et de diversitate plantarum in magni-
tudine Εὶ parvitate, Εὶ pulchritudine Εὶ deformitate, boni-
tate fructū ac malitia dicere licet. Recte facit quod
docet in quibus sylvestria à domesticis differunt;
rectius fecisset, si domesticorum & hortensium dif-
ferentiam tradidisset. Utrumque, ημέραν nomine,
complectitur Theophrastus, culti Varro. Non omni
ex parte verum nonnullis videtur, quod ait, quasdam
plantas fructū non ferre. Salicis non semel vidi
femen, ut alibi fusius dicam.

Αγροπον.) Quid αἴρεψιλλα Theophrasto, supra ex-
posui; quod plurimi ignorarunt botanici & philo-
sophi; qui hactenus frustra calumniati sunt ve-
teres. Stirpes quaæ folia non ferunt, supra imper-
fectas dixi.

Αγροπον) vocat quaæ foliem non ferunt conspicuum,
ut fucus.

Ταῦτα.) Hipponis opinio falsa & erronea, si verum quod tradit Galenus. Negat hic betam ullam reperi agrestem, nisi forte, inquit, quispiam eam putet esse lapathū. Hoc si verum, cedit, peritque plausibilis & jam recepta sententia Platonis; qui in Timaeo, sativas omnes olim fuisse feras, tradit. τὰ ἄγρα πεπονία τοῦ ιμέων. De hac quæstione plura vide lib. II. de causis.

Αλλαχεὶς καὶ χριστός.) Quod dicit abietem, celastrum, capparim, lupinum, non expetere cultum, verum est; sed cultus si adhibetur, deteriores fieri, hortus medicus Leydenium, in quo celastrum & lupinus; & noster, in quo abies (de qua fatendum difficulter admittere curam) lupinorumque genera octo, contrarium testantur. Capparim cultu deteriorem fieri, falso esse scribit Scaliger, lupinos cultu grandiores, mitiores, & coctilibiores evadere; ante nos observavit idem. De cultura capparis liber Quinquerami verba addere, qui lib. II. scribit; *Quin et capparum meſib⁹, non alia diſior plaga. seruntur in vetuſtis parietibus, nullam muri injuria. Nam que per ſolum repunt, quamuis ſiccum, aſperum atque ſaxoſum, muſto ignobiliores compertæ ſunt. Hujus rei ſatio perficitur in hunc modum; contunduntur veterum mu-*

rorum camenta; his probe rufis miscentur capparorum ſemina ex nigro rubescenſia, magnitudine milii, oblongiora; bujus mixtionis tantillum injicitur in arundinem utrinque foratam, & ubicumque foramina ſunt in muro, aut grandiores rima, flatu injicitur, id juvante calo per feradicatur, mox ineunte etate ex ea radice truncaſ emerit, qui digiti duobus per rimam caput exerit; ex eo capite numeroſe ſagittæ emicat, rectæ, leves, bipedali proceritate; que veluti e centro ad circumferentiam tendentes orbem efficiunt, multiplici decuſſu stellarum. Rurſum haſagittæ utrimque folia habent pyri palmari intervallo, e quorum ſinu pediculi exiliunt acuminati, acumine ipſo cappere gestantes, tum colligi cappares oportet; quippe longiore mora ex ipſis capparum volgis floſ emerit, qui inutiles ad conditoram reddit: ſublatā vīdemia folia decidunt, & totæ propagines quadantenuſ exſiccantur, putanturque vitium ritu, ita ut dejecta universa coma, glabrum caput relinquatur, ad parem ſpem ſequentis anni. optima ſatio antummo, ut & cali aspectus in orientem. Haec tuen Quinqueramus. De abiete pauca. hujuſ brachia ramique humiliores si diligenter detundantur, truncaſque à ſuperfluis excreſcentijs liberetur, non tantum elegantem æqualitatē nanciſcitur, ſed etiā ſubtractis inutilibus, aſſurgit.

K E F. H.

Formarum differentiæ; quod aliæ terrefrtes, aliæ aquatiles, aliæ in paludibus, aliæ in lacubus, aliæ in fluviis, aliæ in mari.

* Κατὰ τὰς μορφὰς αἱ Διαφοραὶ τῶν τὰς μορφὰς. Bas. Φ Αναρχὴ δὲ καὶ κατὰ τὰς μορφὰς αἱ Διαφοραὶ τῶν τὰς μορφὰς. οἷον λέγω, μέγαθος καὶ συκιότης, σληρότης, μαλακότης, λειότης, τραχύτης φλοιός, φύλλων. τῶντε ἀλλων ἀλλων δύμορφία, καὶ δυσμορφία τις. ἐπὶ δὲ Ε καλλιμαρτία, καὶ κακημαρτία. τολεῖον μὴν γάρ δοκεῖ τὰ ἄγρα φερεῖν ὡστερ ἀγράς, καὶ τὸν Θ καλλίω δὲ τὰ ἄγρα, Ε τὰς χυλους δὲ αὐτὰς γλυκυτέρες καὶ τὸν δέξιον, Ε τὸ ὄλον αἱ εἰπεῖν δικράτες μᾶλλον. αὐτῷ τὸ δή Φυσική πτεροῦ, ὡστερ εἴρηται, Διαφοραὶ καὶ ἐπὶ δὴ μᾶλλον τῶν ἀκάρπων καὶ καρποφόρων, καὶ φυλλοβόλων καὶ αἱ φύλλων. καὶ διπλαὶ τοιαῦται. πάντων δὲ ληπτέον αἱ καὶ τὰς τριῶν τοποῖς. 8 γάρ δέ διπλαὶ οἰσταὶ ἀλλως. αἱ δὲ ποιαὶ τὰς διέχουσεν ἀνθρικὸν ἵνα τοιεῖν χωρογρόνον. οἷον ἐνυδρῶν καὶ χεροπίων, ὡστερ θῆται τῶν ζώων. Εἰτα γάρ ἔντα τῶν Φυτῶν, αἱ καὶ σιωπαῖς μὴ ἐν υγρᾷ ζει. διηρηταὶ δὲ ἄλλο καὶ ἄλλο μή Θ τῶν υγρῶν. αἱ τὰ μὲν καὶ τὰλμασι, τὰ δὲ ἐν λίμναις, τὰ δὲ δὲ τὰ ποταμοῖς, τὰ δὲ καὶ τὰ αὐτῆς τῆς θαλάττης φύεσθαι. τὰ μὴ ἐλάττω, καὶ τὸ τῆς πτεροῦ τὰς διέμειζω, τοῖς τοὺς ἐρυθρόν. ἔντα δὲ καὶ αἱτερεὶ καθιζόρα καὶ ἐλεισι καθάπερ ἵτεα καὶ ταλαταὶ Θ. τὰ δὲ καὶ τὰς ἐνδαπτούσια μηδέ τοιεῖν χεροπίων, περικάται ποτὲ σὺ τῆς θαλάττης βιών. Φοίνικα, σκιλλαῖς, αὐτέρων, ἄλλα τὰ ποιαὶ τοιεῖται. καὶ ἔλατος τὸ γτω σκοτεῖν, τὸν οἰκεῖον εἶται σκοτεῖν. 8 δὲ γάρ καὶ δή Φύσις γτως, δέδε ἐν τοῖς τοιεῖται εἶχε τὸ αἰαγκαῖον. τὰς μὲν γάρ Διαφορέστεις καὶ ὄλως τὰς οἰκεῖας τῶν Φυτῶν γτω ληπτέον. ἀπανταὶ δὲ γάρ καὶ ταῦτα καὶ τάλλα διοίσει, καθάπερ εἴρηται. Ταῦτα τὰς ὄλων μορφὰς, καὶ τὰς τὰς μορφὰς Διαφοραὶ η τῶν ἔχειν, τὰ δὲ μὴ ἔχειν η τῶν τολεῖων, τὰ δὲ ἐλάττω η τῶν ἀνομοίων. η δισὶ τροποὶ διηρεύεται τοιεῖται. οἰκεῖον δὲ οἰσταὶ Ε τὰς τοποῖς συμπληγαλαμβάνειν, οἷον οἰς ἔκαστα περικενητοὶ μὴ περικενητοὶ. μηδέλη γάρ καὶ αὐτὴ Διαφοραὶ, καὶ γάρ η οἰκεῖα τῶν Φυτῶν, Δια-

* οἰκεῖα ποτητοὶ τῆς γῆς, η μὴ διτολεμούδαι, καθάπερ τὰς ζώας.

F Ormis quoque in ipsis differentiæ totorum atque * Per formas partium patent: ceu magnitudo, parvitas, duritia, quoque ipsas mollitia, levitas, asperitas, corticis, foliorum: reli. differentiæ. quorumq; denique pulchritudo & deformitas quedam: item bonitas & pravitas fructuum. Quippe cum plura sylvestres ferre videantur, ut piraſter & oleaster: urbanæ autem meliora; ſuccos quoque ipsos dulciores, ſuaviores, utque in totum dixerim, † temperatores præstant. Igitur haec naturales quædam (ut dictum est) differ. peratos. & haec. differentiæ ſunt: ac longe magis sterilium, fructiferarum, folia deperdentiū, perpetuo virentium; quæque alia hujusmodi ſunt. Omnium vero ſemper omnesque differentiæ per locos accipi debent. quippe cum aliter forſitan capi nequeant. Tales autem differentiæ generalem quandam facere distinctionem poſſe videntur: ut terrefrtes atque aquatilia; ſicuti in animalium genere. Sunt enim plantarum quædam, quæ non niſi in † aqua vivere poſſunt. Namque aliæ ſecundum aliud genus humorum discernuntur: ut aliæ in paludibus, aliæ in lacubus, aliæ in fluviis, quædam etiam in ipſo mari naſcuntur: minores in noſtro, maiores vero in rubro. Nonnullæ præmadidæ quaſi, atque palustres Nonnullæ omnino ſpectantur: ut ſalix, platanus. Quædam degere in humidis ac palustribus. Ex minoribus quædam etiam littora † utique deſiderant. Cæterum inter eas quoque, ſiquis arctius inquirere velit, alias communes & quaſi vitam ancipitem agentes inveniet: ut myrtum, ſalicem, alnum. Alias, vel ex iis quæ terrefrtes proculdubio ſunt, in mari nonnunquam viuentes: ut palmam, ſcillam, † albucum. Sed † aphodeum enim ejusmodi omnia & in totum hoc modo penſitare lumen. minus † accommodata contemplatio eſt. Nec enim natura hoc modo, neque in ejusmodi rebus neceſſitatem in jecit. Ergo divisiones atque in totum historiam plantarum accipere hunc in modum debemus. Omnia itaque tam hæc quam cætera differunt, ut diximus, tum † cæterorum formam, tum partium discriminē. Vel quod totius. quædam habent, quædam non habent: vel quod quædam plura habeant, quædam pauciora: vel quod non ſimiſimo mode habeant: vel quemadmodum ſuperius ſitus diuiſimus. Nam loca quoque affumpſiſſe fortaffe non ab re eſt; quibus locis ſingula apta, aut non apta ſint procreari. Nam differentia magna, & maxime propria plantarum eſſe percipitur: quandoquidem terræ † adhærent, & nunquam eae ſoluit ſicut animalia poſſint. ^{coafixa sunt.}

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Φαγεῖς ἐν τοῖς κατὰ τοῖς τοῖς μορφαῖς αἱ Αἰγαῖοις τῷ ὄλαντε, τῷ μορίῳ. Appellat igitur μορφαῖς, τῷ ἀρχοὶ ἔπει, καὶ στίχοις, καὶ διαμετροῖς: à stipitibus, & ramis. & ejusmodi, per quas figuræ pateant differentiæ, & totorum, & partium. Totorum, ut esse arborēm, aut virgultum, aut fruticem. Partium: ut esse ἀφύλλα, aut φυλλόλα, & φυλλά; & præter hæc, lævitatem, magnitudo, mollitia, & contraria. Theodorus translatis sic: Formū quoque in ipsis differentiæ totorum, atque partium patent. Non bene. Neque enim dicit Theophrastus, patere solum differentias in formis: sed per formas, id est, per ea quæ dicta sunt. Namque per formam arboris habes quantitatem, & duritiam, & lævitatem; & per formam contrariam, aliter.

Πλέων μὲν τῷ δικαιῷ τῷ ἀρχοῖς. Nota quid sit illud, τὸ: nam de multitudine nihil dixit, sed substituit ad disjunctionem. καλλίσι τῷ τῷ ἀρχοῖς. propterea quod paucitas includitur in καλλίσι.

Ἐνθεῖτος. Theodorus, temperatores. Malè. Omnia enim, ut alibi disputatum est, temperata sunt. Nam καρκίνος est temperamentum. Est enim καρκίνος etiam in Ἐνθεῖτος: Iccirco addit Gale. τῷ τῷ τῷ τῷ. Idem alij. quamobrem bene temperatos dicere debuit: & ibi legas, id est: non autem ἀδιξ, ut scriptum est: neque ἀδιξ, ut scriptum fuerat; sic legit Theodorus, recte, suaviores.

Μᾶλλον μῆτραν, &c. Theodorus. Igitur naturales haec. Non est locus particula collectivæ, igitur, sed, μᾶλλον, admitti debet; ut intelligeres esse naturales, non autem arte factas differentias: quia numerabat τῷ ἀρχοῖς, quibus dicebat, naturam secundum artem acquiri.

Ἐντοξεῖ. In aqua. Theodorus, recte: sed in humido, vel prescriptius, vel generalius. Mos tamen est Græcorum, etiam ipsius Aristotelis; itaque Theophrastus, τῷ ὄχοντι τέλμα: & λίμνη, & ποταμός, & διάλυσις. Item subdistinguit cetera, καθηγεῖς καὶ ἔλεια. In humido, & palustri. Theodo. καθηγεῖς, præmadida, malè. Nam neque tam excessum significat vox, quam intra modum ex compositione: neque præmadidas esse ostendit ἀδιξ: igitur κατὰ τῷ ὄχοντι: aquos gaudentes, aut humidis, aut uđis, aut uliginosis, aut siquid habeatur commodius ad id significandum.

Διανγράμμα. Mirum verbum plantis attributum: quippe que

per se sunt immobiles, verum à natura loquendi sumit argumentum.

Τῷ δὲ ἐλαῖον. Dividit, quæ superius dixit, à locis, propteræ quod in mari, τῷ ὄλαντε. Quin, inquit, ex iis quarundam naturaliter litoralis potius, quam pelagia. Theodorus addit de suo, desiderant, sicuti, διάκεστοι.

Κλῆρα, alius dicitur à Theodoro, recte. In Taurinis, Verina, Vascones, haud multò longius, Ber: qua voce ursum Germani, nostratis, Onici.

